


600024367S



DE FONTIBUS

EX QUIBUS HISTORIA HYCSOSORUM

HAURIENDA SIT

SCRIPSIT

DR. LUDOVICUS SCHULZE

LICENTIATUS THEOLOGIAE.

BEROLINI

SUMPTIBUS G. SCHLAWITZ.

1858.


BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·

§ 1.

Tot tamque variae de regibus pastoribus, qui vocantur Hycsos, sententiae propositae sunt, ut jure mireris, unde tanta virorum doctorum discrepantia: quae re vera multo minor esset, si semper accurate et diligenter, quae ex fontibus huc pertinentibus haurienda sint, exposuissent neque de eis judicio quodam antea jam facto ducti judicassent. Etsi quidem historicorum maximeque Aegyptologorum qui dicuntur sit, veram omnibusque probabilem de nostro argumento sententiam eruere atque exponere, tamen ad quaestionem qui et quo tempore fuerint Hycsos ut etiam a Theologo eoque interprete veteris Testamenti respondeatur, res ipsa videtur postulare, praesertim cum in hac quaestione adhuc inter Aegyptologos tantopere vexata suo quisque judicio uti debeat. Quamobcausam tot talibusque viris doctis praeeuntibus, qui de nostra quaestione sententiam tulerunt, iterum tamen eandem rem tractare et disquirere, quamvis adolescenti arrogantiae non vertetur, praecipue cum, quid novi — si quidem novum de argumento tam saepe summa cum doctrina atque subtilitate pertractato in lucem proferri possit — se cognovisse putet, ea qua par est modestia proponere virorum doctissimorum judicia et sententias in

examen vocare suasque eis opponere et defendere sustinuerit.

Itaque cum triplex sit fons, unde historiam Hycsosorum hauriri volunt, ut ordine quodam quae nobis dicenda sunt absolvantur, in tribus capitibus exponemus, primum docentes quae a Manethone tradantur, tum quae apud alios veteres historicos inveniantur, denique quae ex monumentis Aegyptiacis usque ad hoc tempus explicatis tum publicis tum privatis ad argumentum nostrum spectantia Aegyptologi invenerint.

CAPUT I.

§ 2.

Primus fons habetur celeberrimus locus ex Manethonis scriptis sumptus, quem Josephus Judaeus in libro suo contra Apionem[1]) servavit. Quin Josephus illum accurate excerpserit et exscripserit, comparatis locis quos ex aliis scriptoribus desumpsit, non est cur dubitemus. Contra Apionem Judaeorum inimicum populi sui originem veterem defensurus Josephus ex Manethonis sacerdotis Sebennytae historiarum Aegyptiacarum libro secundo[2]) historiam Hycsosorum ipsis auctoris verbis utens narrat.

---

1) Josephus contra Apionem I. 14.

2) *Αἰγυπτιακά*. Eusebius chronicon Armeniaca versione ed. Aucher. I. p. 200: Aegyptiaca monumenta. Boeckhius

Priusquam de hoc loco disputamus, eum graece opposita versione latina damus; in annotationibus varias lectiones et nonnullas alias animadversiones adjecimus. In universum sequimur Havercampii[1]) textum, comparatis et editionibus Josephi a Dindorfio[2]), Immanuele Beckero[3]) factis et textibus apud Fruinium[4]), Idlerum[5]), Bunsenium[6]), Muellerum[7]). Praeterea hic locus invenitur in Eusebii praeparatione evangelica X. 13, et in ejus Chronici versione Armeniaca[8]).

„Manetho und die Hundssternperiode, ein Beitrag zur Geschichte der Pharaonen." Berlin 1845. — p. 11 inscripta fuisse conjecit Ὑπομνήματα Αἰγυπτιακά.

1) Flavii Josephi opera, Tom. II. p. 444 sq.

2) Flavii Josephi opera, graece et latine recognovit Guilelmus Dindorfius. Paris. 1845. Vol. II. p. 344.

3) Flavii Josephi opera omnia ab Immanuele Beckero recognita vol. VI. Lips. 1856. p. 185.

4) Manethonis Sebennytae reliquiae. Lugd. Bat. 1847. p. 1.

5) Hermapion, Appendix sive rudimenta hieroglyphicae veterum Aegyptiorum litteraturae. Lips. 1841. p. 52.

6) Aegyptens Stelle in der Weltgeschichte. Bd. III. Urkundenbuch: Veterum scriptorum de rebus Aegyptiacis et de Babyloniorum Tyriorumque temporibus fragmenta. 1845. p. 42.

7) Fragmenta historicorum Graecorum II. Parisiis 1848. p. 566.

8) Ed. Majus et Zohrab, Mediol. 1818; Aucher, Venet. 1818; Majus Scriptorum veterum nova collectio ex Vaticanis codicibus edita. Vol. VII. Rom. 1833.

§ 3.

Μανεθῶ τοῦ Σεβεννύτου Αἰγυπτιακά.

ἐκ τοῦ λόγου δευτέρου.

(apud Josephum contra Apionem I. 14.)

Ἐγένετο[1] *βασιλεὺς ἡμῖν, Τίμαος*[2] *ὄνομα. ἐπὶ τούτου οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ Θεὸς ἀντέπνευσεν, καὶ παραδόξως ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι καταθαρσήσαντες ἐπὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν*[3]*, καὶ ῥᾳδίως ἀμαχητὶ ταύτην κατὰ κράτος εἷλον, καὶ τοὺς ἡγεμονεύσαντας ἐν αὐτῇ χειρωσάμενοι τὸ λοιπὸν τάς τε πόλεις ὠμῶς ἐνέπρησαν καὶ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν κατέσκαψαν, πᾶσι δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις ἐχθρότατά πως ἐχρήσαντο, τοὺς μὲν σφάζοντες, τῶν δὲ καὶ τὰ τέκνα καὶ γυναῖκας εἰς δουλείαν ἄγοντες. Πέρας δὲ καὶ βασιλέα ἕνα ἐξ αὑτῶν*[4] *ἐποίησαν, ᾧ ὄνομα ἦν Σάλατις*[5]*. Καὶ οὗτος ἐν τῇ*[6] *Μέμφιδι κατεγίνετο, τήν τε ἄνω καὶ κάτω χώραν δασμολογῶν, καὶ φρουρὰν ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις καταλείπων τόποις. Μάλιστα δὲ καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἠσφαλίσατο*

---

[1]) Abruptum initium est; e scribendi Manethonis more sic restituendum: *μεθ' οὓς* vel *μεθ' ὃν ἐγένετο κτἑ.* Fruin.

[2]) Sic codd., sive *Τίμαιος.* Euseb. in praep. ev. et in cod. Hafniensi .... *τοῦ Τίμαιος ὄνομα,* omissis verbis antecedentibus; apud Eusebium in Chron. vers.: — pretiosum nomine, ex errore interpretis, qui *τίμιον* adjectivum esse putavit. Verba corrupta censent Bunsenius et Fruinius, quia *ἡμῖν* respuat Manethonis loquendi ratio, qui semper Aegyptum et Aegyptios dicit,

Manethonis Sebennytae Aegyptiaca.

e libro secundo.

(versio Latina.)

Fuit nobis rex, cui nomen Timaos; quo regnante nescio qua causa Deus nobis adversus erat, et inopinato ex partibus ad orientem vergentibus homines, genere quidem ignobili, verum audacia pleni in nostram terram impetum fecerunt, eaque facile sine pugna vi potiti sunt; atque praefectis ejus subactis de cetero et urbes crudeliter incenderunt et Deorum fana everterunt, omnes autem indigenas inimicissime tractaverunt, alios interficientes, aliorum et liberos et uxores in servitutem agentes. Tandem vero etiam unum ex suis fecerunt regem, cui nomen erat Salatis. Et hic Memphide habitabat, provinciam superiorem et inferiorem vectigalem faciens, et praesidium in locis opportunissimis relinquens. Maxime vero etiam partes in orientem spe-

---

numquam prima persona utitur. Ille ex *ΗΜΙΝ ΤΙΜΑΙΟΣ* conjecit *ΑΜΥΝΤΙΜΑΙΟΣ;* hic vero putat scripsisse Josephum *ΑΜΕΝΕΜΑΟΣ,* Manethonem vero *ΑΜΕΝΕΜΗΣ.*

[3]) Vulgo *ἀνεστράτευσαν.*

[4]) Sic Beck., ceteri *αὐτῶν.*

[5]) Silitis vel Silites Eus. Arm.; *Σάλιτις* vetus Eusebii interpres; *Σαΐτης* Africanus.

[6]) Deest vitio typographico apud Fruin.

μέρη, προορώμενος Ἀσσυρίων, τότε[1]) μεῖζον ἰσχυόντων, ἐσομένην ἐπιθυμίαν τῆς αὐτῆς βασιλείας ἐφόδου[2]). Εὑρὼν δὲ ἐν νομῷ τῷ Σαΐτῃ[3]) πόλιν ἐπικαιροτάτην, κειμένην μὲν πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Βουβαστίτου ποταμοῦ, καλουμένην δ' ἀπό τινος[4]) ἀρχαίας θεολογίας Αὔαριν[5]), ταύτην ἔκτισέ τε καὶ τοῖς τείχεσιν ὀχυρωτάτην ἐποίησεν, ἐνοικίσας αὐτῇ καὶ πλῆθος ὁπλιτῶν εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας μυριάδας ἀνδρῶν πρὸς φυλακήν. Ἐνθάδε κατὰ θέρειαν ἤρχετο, τὰ μὲν σιτομετρῶν καὶ μισθοφορίαν παρεχόμενος, τὰ δὲ καὶ ταῖς ἐξοπλισίαις πρὸς φόβον τῶν ἔξωθεν ἐπιμελῶς γυμνάζων. Ἄρξας δ' ἐννεακαίδεκα[6]) ἔτη τὸν βίον ἐτελεύτησεν. Μετὰ τοῦτον δὲ ἕτερος ἐβασίλευσε τέσσαρα καὶ τετταράκοντα[7]) ἔτη, καλούμενος Βηὼν[8]). Μεθ' ὃν ἄλλος Ἀπαχνὰς[9]) ἓξ καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ μῆνας ἑπτά, ἔπειτα δὲ καὶ Ἄπωφις[10]) ἓν καὶ ἑξήκοντα, καὶ Ἰανίας[11]) πεντήκοντα καὶ μῆνα ἕνα. Ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ Ἄσσις[12]) ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα καὶ μῆνας δύο. Καὶ οὗτοι μὲν ἓξ ἐν αὐτοῖς ἐγενήθησαν

---

[1]) Codd. ποτέ, correxit Perizonius Orig. Aeg. p. 430, quam emendationem confirmat Euseb. vers. arm., quae habet: ea tempestate.

[2]) Sic omnes; Beckerus: ἐσομένην ἐπιθυμίᾳ — ἔφοδον.

[3]) Sic codd. Africanus Σεθροΐτῃ, Eus. Arm.: Methraite. Conf. infra.

[4]) Sic Haverc., Buns., Dindorf., Beck., Muell., — codd. vero ἀπὸ τῆς, quod probavit Fruin. Vers. arm.: ex antiqua quadam theol.

[5]) Alii Ἄβαριν.

ctantes munivit, prospiciens Assyriis tunc maxime valentibus futuram cupiditatem illud ipsum regnum invadendi. Nactus vero in Saite nomo urbem opportunissimam, ad orientem fluvii Bubastici sitam, ex antiqua quadam theologia Avarim dictam, hanc aedificavit et muris firmissimis munivit, postquam in ea multitudinem virorum armatorum circa ducenta quadraginta millia ad custodiam collocavit. Inde aestate veniebat, tum ut frumentum metiretur (militibus) et mercedem solveret, tum ut armatos ad terrorem extraneorum diligenter exerceret. Postquam undeviginti annos regnasset, vitam finivit. Post hunc autem alter regnavit annos XLIV, Beon nomine, post quem alius Apachnas sex et triginta annos et menses septem; deinde etiam Apophis unum et sexaginta annos et Janias quinquaginta et unum mensem. Post omnes autem Assis annos XLIX et menses duo. Et isti quidem sex inter eos fuerunt primi principes, bellum semper gerentes et maxime

6) Vers. arm. XV.

7) Vers. arm. XLIII.

8) Sic codd. — Afric. *Βνῶν;* Euseb. Bnon; vers. arm. Banon; in marg. Anon; Buns. *Βνῶν*; Fr.: utrum praestet incertum.

9) Afric. *Παχνὰν.*

10) Afric. *Ἄφωβις;* Euseb. *Ἄφωφις;* vers. arm. Aphosis.

11) Sic vulgo; cod. Hafn. (Buns., Fruin.): *Ἰαννὰς;* vers. arm. Anan; Africanus: *Σταὰν.*

12) Vers. arm. Assethus; vet. interpr. Ases, Afric.; Euseb.: *Ἄρχλης;* Buns. *Ἄσσης.*

πρῶτοι ἄρχοντες, πολεμοῦντες ἀεὶ καὶ ποθοῦντες μᾶλλον[1]) τῆς Αἰγύπτου ἐξᾶραι τὴν ῥίζαν. Ἐκαλεῖτο[2]) δὲ τὸ σύμπαν αὐτῶν[3]) ἔθνος Ὑκσως[4]), τοῦτο δέ ἐστι βασιλεῖς ποιμένες· τὸ γὰρ ὓκ καθ' ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ σὼς[5]) ποιμήν ἐστι καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον, καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται Ὑκσως. Τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτοὺς Ἄραβας εἶναι[6]), ἐν δ' ἄλλῳ ἀντιγράφῳ[7]) οὐ βασιλεῖς σημαίνεσθαι διὰ τῆς τοῦ ὓκ προσηγορίας, ἀλλὰ τοὐναντίον αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποιμένας[8])· τὸ γὰρ ὓκ πάλιν αἰγυπτιστὶ καὶ τὸ ἃκ δασυνόμενον αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει· καὶ τοῦτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι φαίνεται καὶ παλαιᾶς ἱστορίας ἐχόμενον. Τούτους[9]) δὲ τοὺς προκατωνομασμένους βασιλέας τοὺς[10]) τῶν ποιμένων καλουμένων καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους κρατῆσαι τῆς Αἰγύπτου φησὶν ἔτη πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἕνδεκα. Μετὰ ταῦτα δὲ τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου βασιλέων γενέσθαι φησὶν ἐπὶ τοὺς ποιμένας ἐπανάστασιν, καὶ πόλεμον αὐτοῖς συρραγῆναι μέγαν καὶ πολυχρόνιον. Ἐπὶ δὲ βασιλέως, ᾧ ὄνομα εἶναι Ἀλισφραγμούθωσις[11]), ἡττωμένους

---

[1]) Arm. vers.: regionem assidue vexabant. Ante Haverc. legebatur: ποθοῦντες ἀεὶ καὶ μᾶλλον.

[2]) Bunsenius sequentia Josephi, non ipsius Manethonis verba esse censet.

[3]) Verba σύμπαν αὐτῶν Haverc. ex Eusebio in textum recepit.

[4]) V. A. Hycusos; Eus.: Ὑκουσσώς.

[5]) V. A. Usos; Eus.: Οὑσσώς.

[6]) De hac interpunctione vide infra.

Aegyptum radicitus evertere cupientes. Vocabatur autem gens eorum universa Hycsos, id est reges pastores. Hyc enim in sacra lingua regem significat, Sos vero est pastor et pastores secundum dialectum communem, et ita conjunctum fit Hycsos. Nonnulli vero dicunt eos Arabes fuisse, et in alio libro non reges significari illo nomine Hyc, sed contra captivos pastores indicari. Hyc enim iterum Aegyptiace et Hac cum aspiratione captivos proprie significat. Et hoc multo verisimilius mihi videtur et antiquae historiae aptum. Hos autem antea dictos reges pastorum nomine appellatos et illorum posteros Aegyptum in sua potestate habuisse dicit annos undecim supra quingentos. Tum vero factum a Thebaidis et reliquae Aegypti regibus impetum, bellumque magnum et diuturnum eis illatum fuisse. Sub rege autem, cui nomen erat Alisphragmuthosis, victos pastores dicit ab illo ex reliqua Aegypto

---

7) Vet. interpr. legisse videtur *ἐν ἄλλοις ἀντιγράφοις*.

8) Hafn.: *ἀλλὰ τοὐναντίον βασιλεῖς αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ἢ ποιμένας*.

9) Sequuntur Josephi verba.

10) Perperam Euseb. et Hafn. *καὶ τοὺς τῶν π.* Non opponuntur enim *οἱ τῶν ποιμένων βασιλεῖς* et *οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι*, sed *οἱ προκατωνομασμένοι* et *οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι*. Fruin.

11) Sic codd.; infra codd. *ΜΕΦΡΑΜΟΥΘΩΣΙΣ*; Euseb. praep. ev.: *ΜΙΣΦΡΑΓΟΥΘΩΣΙΣ*, ubi *Γ* corruptum e *Τ*. Bunsenius ex Arm. et Syncell. p. 103. D. restituit *ΜΙΣΦΡΑΓΜΟΥΘΩΣΙΣ*, *ΛΛ* pro *Μ*, ut saepe. Fruinius ex lectione Eusebii et analogia nominis *ΤΟΥΘΜΩΣΙΣ* scripsit *ΜΕΦΡΑΤΟΥΘΜΩΣΙΣ*.

φησὶ τοὺς ποιμένας ὑπ' αὐτοῦ[1]) ἐκ μὲν τῆς ἄλλης Αἰγύπτου πάσης ἐκπεσεῖν, κατακλεισθῆναι δ' εἰς τόπον ἀρουρῶν ἔχοντα μυρίων τὴν περίμετρον. Αὔαριν ὄνομα τῷ τόπῳ. Τοῦτον φησὶν ὁ Μανεθὼν ἅπαντα τείχει τε μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ περιβαλεῖν τοὺς ποιμένας, ὅπως τήν τε κτῆσιν ἅπασαν ἔχωσιν ἐν ὀχυρῷ καὶ τὴν λείαν τὴν ἑαυτῶν· τὸν δὲ Ἀλισφραγμουθωσέως υἱὸν Θούμμωσιν[2]) ἐπιχειρῆσαι μὲν αὐτοὺς διὰ πολιορκίας ἑλεῖν κατὰ κράτος, ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα μυριάσι προσεδρεύσαντα τοῖς τείχεσιν· ἐπεὶ δὲ τῆς πολιορκίας ἀπέγνω, ποιήσασθαι συμβάσεις, ἵνα τὴν Αἴγυπτον ἐκλιπόντες ὅποι βούλονται πάντες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσι. Τοὺς δὲ ἐπὶ ταῖς ὁμολογίαις πανοικεσίᾳ μετὰ τῶν κτήσεων[3]), οὐκ ἐλάττους μυριάδων ὄντας εἴκοσι καὶ τεσσάρων, ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὴν ἔρημον εἰς Συρίαν ὁδοιπορῆσαι, φοβουμένους δὲ τὴν Ἀσσυρίων δυναστείαν (τότε γὰρ ἐκείνους τῆς Ἀσίας κρατεῖν), ἐν τῇ νῦν Ἰουδαίᾳ καλουμένῃ πόλιν οἰκοδομησαμένους τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ἀρκέσουσαν, Ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομάσαι[4]).

---

1) Euseb.: *ποιμένας, καὶ ἐκ μὲν τῆς ἄλλης.*

2) Vers. Arm. Thoutmosin; Euseb. *Θμούθωσιν*; Buns. et Fruin: *Θούθμωσιν.* „Scripsit ni fallor Manetho *Τούθμωσις.*" Fruin. — Postea c. 15 Josephus habet: *Τέθμωσις.*

3) Sic codd., Buns. conjecit *κτήνεων.* Fr.: „mutatione opus non est; *κτήσεις* plur. num. saepius sic ponitur. Neque conjecturam vers. arm. confirmat, ut opinatur Bunsenius, vertens cum

pulsos esse et inclusos in locum, cujus ambitus decem jugerum millia contineret. Avarim ejus loci nomen fuisse. Hunc Manetho dicit universum muro magno validoque circumdatum a pastoribus, ut omnia sua et praedam tutam haberent. At Alisphragmuthoseos filium Thutmosin conatum eos vi oppugnare, cum CCCCLXXX millium hominum exercitu muros obsidentem; sed cum expugnatione desperaret, fecisse eum foedus, ut Aegypto relicta omnes quocumque vellent incolumes emigrarent. Eos vero secundum pactum cum universis familiis atque omni possessione haud pauciores CCXL millibus ex Aegypto in Syriam per solitudinem profectos esse. Quod autem Assyriorum principatum timerent (tum enim illlos Asiam tenuisse), in terra quae nünc Judaea vocatur, urbem aedificasse, quae tot hominum millia caperet, eamque Hierosolyma vocasse.“ —

---

armentis et familiis omnique re sua, nam cum armentis et familiis idem est quod *πανοικεσίᾳ*.“

[4]) Josephus adjecit: *ἐν ἄλλῃ δέ τινι βίβλῳ τῶν Αἰγυπτιακῶν Μανεθὼν τοῦτό φησι τὸ ἔθνος τοὺς καλουμένους ποιμένας αἰχμαλώτους ἐν ταῖς ἱεραῖς αὐτῶν ἀνωτάτω προγόνοις ἡμῶν τὸ ποιμαίνειν πάτριον ἦν, καὶ νομαδικὸν ἔχοντες τὸν βίον οὕτως ἐκαλοῦντο ποιμένες, αἰχμάλωτοί τε πάλιν οὐκ ἀλόγως ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἀνεγράφησαν, ἐπειδήπερ ὁ πρόγονος ἡμῶν Ἰώσηπος ἑαυτὸν ἔφη πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων αἰχμάλωτον εἶναι, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον ὕστερον μετεπέμψατο τοῦ βασιλέως ἐπιτρέψαντος.* — Vide quod Fruinius hoc de loco disputavit. p. 6. anim. 2.

§ 4.

Haec igitur Manetho de Hycsosorum regno in Aegypto narrat. Usque ad verba τούτους δὲ κ. τ. λ.[1]) Josephus ipsa Manethonis verba affert. Nonnulli[2]) quidem jam a verbis τινὲς δὲ λέγουσιν Josephum loqui incipere putant[3]), alii[4]) a verbis ἐν ἄλλῳ ἀντιγράφῳ. Ex nostra sententia verba usque ad ἐχόμενον non Josepho, sed Manethoni tribuenda sunt. Etsi quidem non verborum constructio, ut Fruinius censet[5]), interpretationem postulat, ex qua verba ἐν ἄλλῳ ἀντιγράφῳ et quae sequuntur „arcte cum praecedentibus cohaereant, ut ab iis distrahi omnino nequeant, quia verbum σημαίνεσθαι verbo finito unde pendeat caret," cum omnia usque ad ἐχόμενον et σημαίνεσθαι a verbo λέγουσιν pendere possint, tamen multo probabilius videtur, hanc annotationem et historicam et ad verborum Aegyptiacorum interpretationem spectantem Manethoni auctori tribui, quam Josepho, quem si re vera altera Aegyptiacorum

---

1) pag. 10. lin. 15.

2) Muellerus fragm. hist. graec. l. c.

3) Bunsenius jam a verbis ἐκαλεῖτο (Urkundenbuch p. 43); neque tamen sibi constat; nam III. 10 post verba τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτοὺς Ἄραβας εἶναι germanice versa adjecit: „Soweit Manetho. Josephus fügt hinzu." —

4) Boeckhius, Manetho und die Hundssternperiode. p. 120, Dindorfius, Beckerus.

5) l. c. p. 69.

recensio exstitisset, alteram cum altera collaturum fuisse verisimile non est; praeterea in eum verba *τοῦτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι φαίνεται* vix conveniunt[1]). His concessis, verba *τινὲς δὲ λέγουσιν* non significabunt alios scriptores historicos, quos Josephus praeter Manethonem adiit, sed sacerdotes vel aegyptiacos historicos, quos hac de re Manetho consuluit; et illud *ἄλλο ἀντίγραφον* Manetho ipse, non Josephus contulit. Inde a verbis *τούτους κ. τ. λ.*, ut verbum iterum repetitum *φησὶ* docet, non amplius Manethonis, sed Josephi verba sequuntur, qui Manethonis narrationem, pro suo consilio fortasse nimis longam, excerpsisse videtur.

Utrum denique quae Josephus postea de interpretatione vocis Hycsos adjecit, inde a verbis *ἐν ἄλλῃ δέ τινι βίβλῳ τῶν Αἰγυπτιακῶν*, ex alio libro historiae Aegyptiacae a Manethone conscripto hausta sint, an ut Bunsenius[2]) censet, ita intelligenda, ut Manethonem non modo in secundo Aegyptiacorum libro, ex quo Josephus haec excerpserat, sed data occasione etiam in primo vel tertio ejusdem scripti libro de his locutum esse statuamus, an de alio quodam Manethonis Aegyptiacorum exemplari, fortasse a Judaeo quodam interpolato[3]), agant, an quod maxime placet, ut Fruinius defendere studuit, ad verba a Manethone prius dicta

---

[1]) Haud contemnenda est Fruinii annotatio (p. 66), formam accus. plur. *βασιλεῖς* Manethoni, non item Josepho usitatam esse.

[2]) Bunsenius l. c. p. 45.

[3]) Boeckhius l. c. p. 120; Muellerus l. c. p. 568.

referenda sint, ita ut Josephus, ipsis Manethonis verbis relatis, nunc ejus relationem cum sacris populi sui libris conferat, — ad nostram quaestionem nullius momenti est, cum verba illa nihil novi de argumento nostro praebeant, quare illa in suspenso relinquere possumus.

§ 5.

Deinde exstat alius locus ex eodem Manethonis libro a Josepho[1]) sumptus, ubi de bello regis Amenophios[2]) contra impuros et leprosos agitur et Hycsosorum in fine mentio fit[3]). Post enim trecentos nonaginta tres annos[4]) quam pastores expulsi erant, rex Amenophis ut Deos videre posset, regionem universam de leprosis hominibus purgare voluit. Primum quidem eos ad sectiones lapidum vel lapicidinas misit, postea

[1]) Manethonem sibi non constantem Israelitas nunc pastores, nunc leprosos fuisse contendere, nihil aliud nisi Josephi falsa sententia est.

[2]) Amenophim hunc regem vocant praeterea Chairemon apud Joseph. contra Apion. I. 33, Theophilus ad Autolycum c. 19; sed Manetho eum nominasse videtur *Μένωφιν*, quod omnes codd. postea habent.

[3]) Josephus c. Apionem I. 26.

[4]) *Τριακόσια ἐνενήκοντα τρία ἔτη.* Cum omnium regum tempora a Josepho tradita ut nunc se habent computata summam tantum efficiunt 333 annorum, Marshamis conjectura (canon chron. p. 139) probabilis videtur, Josephum Sethosi primo loco sine regni annis allato sexaginta annos tribuisse. cf. Fruinius l. c., Muellerus l. c. p. 574 sq.

vero, ne Deorum iram concitaret, urbem eis, ab incolis prioribus relictam, nempe Avarim, pastorum urbem, concessit[1]). In quam ingressi ducem sibi constituerunt Osarsiphum, quo auctore ut bellum contra Amenophim gererent, legatos ad pastores a Tethmosi rege expulsos, miserunt[2]), rogaturos, ut una expeditionem in Aegyptum facerent, promissurosque, Avarim eis urbem patriam redditum iri. Illi vero supra modum laeti usque ad ducenta millia virorum egressi, paulo post Avarim venerunt. Quod cum rex Aegyptiorum audivisset, cum trecentis millibus virorum pugnacissimorum in proelium egressus, tamen cum hostibus et contra Deos pugnare

---

[1]) *Πρὸς κατάλυσιν καὶ σκέπην* ad deversorium et tutamen; sic recte Bunsenius IV. p. 214 „zur Beherbergung und zum Obdach;“ aliter III. p. 105. — Lepsius, Chronologie der Aegypter p. 320: „zur Erlösung.“ De significatione „deversorium“ conf. Eurip. Elect. 393; Plat. Prot. 315. *d*, de Leg. XI. 919. *a*; Polyb. I. 15. 6; Diod. I. 61.

[2]) Fruinius p. 85 annotat, „hoc scire non potuerunt Aegyptii: tota impurorum prudentia civilis Aegyptiis incognita manere debebat, quia inter eos nullum commercium esse potuit. Quum vero pastores e terra Canaanis eodem tempore reverterentur, verisimiliter conjiciebant, conjuratos ab istis auxilium petiisse;“ sed facile Aegyptii a captivis leprosorum et pastorum vel alio modo de leprosorum legatione ad pastores audire poterant. — Ex Chairemonis traditione leprosi Avari jam magnam turbam hominum invenerunt: apud Josephum c. Ap. I. 32: *τούτους δ' εἰς Πηλούσιον ἐλθεῖν καὶ ἐπιτυχεῖν μυριάσι τριάκοντα ὀκτὼ καταλελειμμέναις ὑπὸ τοῦ Ἀμενώφιος, ἃς οὐ θέλειν εἰς τὴν Αἴγυπτον διακομίζειν· οἷς φιλίαν συνθεμένους ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον στρατεῦσαι.*

nolens Memphim petivit, et in Aethiopiam se contulit. Solymitae vero, i. e. pastores adeo male homines tractabant, ut horum victoria illis, qui tunc eorum impietates conspiciebant, pessima videretur. Etenim non solum urbes et vicos incenderunt, neque sacrilegia commisisse aut Deorum simulacra vastavisse satis habebant, sed etiam assis partibus[1]) continue utebantur animalium sacrorum, quae cultu divino afficiebantur, hisque mactandis jugulandisque sacerdotes et vates adhiberi coegerunt nudosque ejecerunt. Postea Amenophis et filius ejus Rampses magno cum exercitu pastores et leprosos superatos usque ad Syriam persecuti sunt.

§ 6.

Antequam vero quae praeterea ex Manethonis scriptis nostro de argumento relata sunt, commemoramus, res ipsa videtur postulare, ut nonnulla de his relationibus dicamus. Quaeritur enim, quibus ex fontibus Manetho ipse has narrationes se hausisse professus sit.

Secundum Josephum duobus fontium generibus usus fuit. *Γέγραφε,* inquit Josephus, *Ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον*

---

[1]) *Τοῖς αὐτοῖς ὀπτανίοις τῶν σεβαστευομένων ἱερῶν ζώων χρώμενοι διετέλουν.* Pro *ὀπτανίοις*, quod nonnisi culina significat, aut *ὀπτανοῖς* aut cum Lepsio *ὀπτανέοις* i. q. *ὀπταλέοις* et pro *τοῖς αὐτοῖς* antea *αὐτοῖς τοῖς* legendum videtur. Conf. de hoc loco difficili quae disseruerunt Fruinius: p. 87; Ewaldus, Gesch. des Volkes Israel: II. 60; Lepsius Chronol. d. Aeg. 321.

ἱστορίαν ἐκ τῶν ἱερῶν ὥς φησιν αὐτὸς μεταφράσας[1]), et postea[2]): τὴν Αἰγυπτιακὴν ἱστορίαν ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθερμηνεύειν ὑπεσχημένος et ibidem ἠκολούθησε ταῖς ἀναγραφαῖς. Josepho igitur teste Manetho usus non est traditionibus ore populi pervulgatis, sed ἀναγραφαῖς h. e. partim commentariis maxime a pontificibus Aegyptiis scriptis et in templis conservatis[3]), quorum exemplaria nonnulla adhuc restant, sicut ἀναγραφὴ Taurinensis[4]), papyrus qui vocatur Sallieranus[5]), ex quibus Manetho (τῆς Ἑλληνικῆς μετεσχηκὼς παιδείας), cum Aegyptiace consignata essent (ἱερὰ γράμματα), in usum Graece loquentium historiam suam Graece confecit[6]), partim publicis monumentis, quae Aegyptii nominibus, titulis, rebus gestis, numeris, picturis inscribere

---

[1]) c. Apionem I. 14.

[2]) Ibid. I. 26.

[3]) Diodorus Sic. I. 44: οἱ μὲν ἱερεῖς εἶχον ἀναγραφὰς ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐκ παλαιῶν χρόνων ἀεὶ τοῖς διαδόχοις παραδεδομένας, ὁπήλικος ἕκαστος τῶν βασιλευσάντων ἐγένετο τῷ μεγέθει, καὶ ὁποῖός τις τῇ φύσει καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἰδίους χρόνους ἑκάστῳ πραχθέντα. conf. Herod. II. 100.

[4]) Quam Aegyptologi temporibus dynastiae XIX scriptam censent.

[5]) De hoc papyro vide infra.

[6]) Verba μεθερμηνεύειν et μεταφράζειν quae Fruinius ita intelligit, ut Manethonem omnem materiam ex qua construxerit patriae historiam sacris libris debere dicat (p. XXXVI), nobis paullo magis urgenda videntur; transtulit enim Manetho ex lingua Aegyptiaca in Graecam.

et ornare solebant et quorum magna copia in palatiorum et templorum parietibus conservata inveniuntur [1]. Ita ex nostra sententia *ἀναγραφαὶ* intelligendae sunt.

§ 7.

At praeter hos fontes Josephus commemorat [2] alium, quem in narratione de leprosis sub Amenophi rege expulsis se secutum esse Manetho dicit. Hanc traditionem sumptam esse profitetur *οὐκ ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὡμολόγησεν ἐκ τῶν ἀδεσπότως μυθολογουμένων προστέθεικεν* (scil. *ὁ Μανεθών*), et postea [3]: *μέχρι μὲν τούτων ἠκολούθησε ταῖς ἀναγραφαῖς, ἔπειτα δοὺς ἐξουσίαν αὐτῷ διὰ τοῦ φάναι γράψειν τὰ μυθευόμενα καὶ λεγόμενα περὶ τῶν Ἰουδαίων* [4]), *λόγους ἀπιθάνους παρενέβαλεν.* Manetho igitur ipse a certis suis traditionibus quas in priore narratione secutus est, quae in *ἀναγραφαῖς* atque *ἐν τοῖς παρ' Αἰγυπτίοις γράμμασιν* continebantur, haec *ἀδεσπότως μυθολογούμενα καὶ λεγόμενα* bene distinxit. Qualia haec fuerint, utrum carmina vel hymni in regum honorem compositi [5]), an mythi in ore populi

---

[1]) Ex his monumentis quae ad historiam pertinent, maxime memorabilia sunt quamvis quod valde dolendum corrupta et mutilata, tabula Thebana vel Carnacensis, et tabula Abydena.

[2]) c. Ap. I. 16 et 26.

[3]) c. Ap. I. 26.

[4]) Josephus enim leprosos Judaeos fuisse judicat.

[5]) Conf. Diodor. I. 53. Bunsenius: „Auch Volkssagen und Lieder hatte er nicht verschmäht."

viventes, an quod Fruinio videtur, scripta, publica auctoritate sacerdotum[1]) carentia[2]), partim e genuino heroico carmine derivata, partim e recentiorum sacerdotum hujus carminis explicatione, hoc certe definiri non potest; sed id tantum ex Manethonis verbis concludi potest et debet, Manethonem ipsum in describenda historia fontes ex quibus narrationes hausit, bene distinxisse et alterius a Josepho traditae narrationis fidem atque auctoritatem non eandem judicasse, quam priori attribuit et adjudicari voluit. Quamobrem quae de Hycsosorum rebus in altera narratione leguntur, minus fide digna judicanda sunt, neque Lepsium sequi possumus, qui etiam hanc historiam veram et fide dignam traditionem ex veteribus scriptis sumptam censet, et praeterea adjicit: Der Bericht über die Vertreibung der Aussätzigen trägt vollkommen dasselbe Gepräge, wie der frühere über die Vertreibung der Hyksos und es lagen ihm hierbei ganz dieselben alten Quellen wie für jene vor. Hanc autem sententiam Lepsius non proposuisset, nisi ad Manethonis verbum *λεγόμενον* alterum verbum *μυθευόμενον* a Josepho adjectum esse contendisset, et maxime, si haec verba de fontibus recte ad totam leprosorum narrationem, non ad ejus finem retulisset[3]). Qua ex

[1]) Apud quos omnis historiae traditio erat.

[2]) Cui sententiae Josephi verba adversantur: *οὐκ ἐκ τῶν παρ᾽ Αἰγυπτίοις γραμμάτων.*

[3]) *Λέγεται δ᾽ ὅτι τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβαλόμενος ἱερεὺς, τὸ γένος Ἡλιουπολίτης ὄνομα Ὀσαρσίφ ἀπὸ τοῦ ἐν*

causa non est, cur Lepsius, ut Manethonis auctoritatem efferat, Josephum falsarium accuset[1]).

Denique nec Muelleri[2]) sententia, cui vix dubium est, quin narratio ista de Hycsos regibus utpote captivis (quam probat Flavius, quoniam ad Josephum ejusque fratres apte referri possit) a Judaeo Alexandrino in libros Manethonis illata sit, — quae opinio non nisi in variis *τῶν Αἰγυπτιακῶν ἀντιγράφοις* a Josepho memoratis, quae inter se pugnantia contineant, nititur neque ullo modo inde sequitur, — neque Boeckhii[3]) opinio, qui hanc leprosorum narrationem ab adversario Judaeorum profectam et libro Manethonis insertam censet,

---

Ἡλιουπόλει θεοῦ Ὀσιρέως, ὡς μετέβη εἰς τοῦτο τὸ γένος μετετέθη τὸ ὄνομα καὶ προσηγορεύθη Μωυσῆς. Leps.: „Es war also nur ein *λεγόμενον* — wenn auch nicht ein *μυθευόμενον*, wie Josephus hinzusetzt —, dafs jene Erzählung auf die Juden zu deuten sei." — Eandem prorsus sententiam de veritate narrationis habet Bunsenius IV. 208 sq.

[1]) Lepsius: „Wenn also Josephus im Interesse seiner völlig unhaltbaren Meinung, die Hycsos seien die Juden gewesen, behauptet, Manethos habe diese Erzählung gar nicht aus ächten alten Quellen geschöpft, sondern nur unglaubliche Fabeln erzählt, und aufserdem andeutet, dafs Manetho selbst die Unzuverlässigkeit zugegeben habe, indem er sagt, er werde jetzt schreiben, was die Lage von den Juden melde — *γράφων τὰ μυθευόμενα καὶ λεγόμενα περὶ τῶν Ἰουδαίων* — so ist dies eben nur eine seiner gezwungenen und künstlichen Anklagen mehr, aus dem diese Streitschrift zusammengesetzt ist."

[2]) l. c. p. 514.

[3]) l. c.

quidquam contra fidem prioris relationis Manethonianae habet. Unde apparet, argumenta, quae contra Manethonis fidem et auctoritatem de Hycsosorum rebus ex altera narratione leprosorum sumpta sunt, nullius prorsus momenti esse, quare ad ea tantum nobis respondendum erit, quae contra priorem proferuntur.

§ 8.

Hujus narrationis fidem defensuri, tantum abest, ut Manethoni rerum Aegyptiarum scriptori laudes a multis nimis ut putamus magnas tributas approbemus[1]) praesertim cum series ejus regum Aegyptiorum perlustremus. Neque altera ex parte eis assentiri possumus, qui omnem fidem huic scriptori abnegant[2]), maxime ad talem sententiam ducti — sicut, aliis omissis, Uhlemannus[3]), — opere quodam Manethoni false adscripto,

---

[1]) Sic, ut de aliis taceam, Engelstoftius in: historia populi Judaici biblica ad relationes peregrinorum examinata. Hav. 1832, cujus laudes nescio an Bunsenius tantum superaverit I. p. 88 sq.

[2]) Inter recentiores Hengstenbergius: Aegypten und die Bücher Mosis. Beilage: Manetho und die Hycsos; Uhlemannus: Israeliten und Hycsos Lpz. 1856. p. 72. — Knoetelius de pastoribus qui Hycsos vocantur deque regibus pyramidum auctoribus Lips. 1856.

[3]) l. c. p. 72: „Es fragt sich zunächst, ob wir von dem ägyptischen Priester Manetho streng historische Wahrheit und Treue erwarten dürfen? Gewiſs nicht. Geschichte der Vergangenheit zu überliefern scheint gar nicht sein Hauptzweck gewesen zu

libro *τῆς Σώθεως*, inter quem et *Αἰγυπτιακά*, ex quibus Josephus historiam Hycsosorum sumpsit, bene distinguendum est, neque Syncello fides habenda erit, qui illos libros eidem auctori tribuit. Hoc inter omnes fere recentiores constat[1]).

§ 9.

Argumenta igitur ex priore Manethonis narratione sumpta haec sunt.

Ac primum adversarii Manethonem ignorantiae geographiae Aegyptiacae arguere volunt, quod urbem *Αὔαριν ἐν νομῷ τῷ Σαΐτῃ κειμένην πρὸς ἀνατολὴν τοῦ*

sein. Wenigstens giebt er selbst in seiner Vorrede an Ptolemaeus Philadelphus an, seine Schrift sei eine Antwort auf die an ihn gerichtete Frage dieses Königs *περὶ τῶν μελλόντων τῷ κόσμῳ γίγνεσθαι*. Einem Schriftsteller nun, dessen Hauptzweck Weissagungen der Zukunft waren, kann man wohl jedenfalls Ungenauigkeiten in Betreff der Geschichte zutrauen und zu Gute halten. Auch führt er uns selbst bei Angabe seiner Quellen von dem Gebiete historischer Glaubwürdigkeit in das der Fabeln und Mythen hinein.“ — Knoetelius l. c., falsa interpretatione loci ex Herodoto sumto ductus, Manethonem vocat: callidum fontium compilatorem, qui consulte rem reticuit et in fraude tam artificiose adornata — necessario reticere debuit, nisi ipsum primum fraudis inventorem putare malis, mendacii a sacerdotibus consulto et e composito conficti fuisse aut bene gnarum aut hominem historiae prorsus rudem et ignorantia antiquitatis omnem modum excedentem! (cf. p. 11. 12 sq.). —

[1]) Bunsenius: I. 256; Boeckhius: p. 13; Fruinius: p. XIII; Lepsius: p. 412.

Βουβαστικοῦ ποταμοῦ tradat, cum ille *νομὸς* non ad orientem sed ad occidentem Deltae situs fuerit[1]). Verum priusquam scriptorem talis erroris convincamus, id probe animadvertendum est, pro lectione codicum *ἐν νομῷ τῷ Σαΐτῃ* fortasse legendum esse, sicut primus Bernardus, postea Lakemacherus[2]) aliique correxerunt, *ἐν νομῷ τῷ Σεθροΐτῃ*, quam correctionem et Africanus probat apud Syncellum[3]) et versio Armeniaca[4]), cujus mendum scripturae in nomo Methraite lectionem *Σεθροΐτῃ* tuetur, non *Σαΐτῃ*, quae lectio ex nomine primi regis pastorum nescio an derivanda sit. Quamobcausam haec codicum emendatio arbitraria vocari non potest[5]). Si Uhle-

---

[1]) Uhlemannus l. c. p. 73: „Diese Bestimmung ist ein geographischer Widerspruch, den man kaum einem unterrichteten Aegypter zutrauen sollte. Der Saitische Nomos lag nemlich in dem westlichen Theile des Delta, während die Bubastische Nilmündung die östlichste unter allen ist, und das Delta im Osten begränzt. Eine Stadt konnte also unmöglich zugleich im Saitischen Nomos und östlich von der Bubastischen Nilmündung liegen."

[2]) Observat. phil. 6. p. 323.

[3]) Ed. Dindorfii p. 61. B. I. p. 113 et animadvers. II. 387: *οἳ καὶ ἐν Σεθροΐτῃ* (al. l.: *Σαιθροΐτῃ*) *νομῷ πόλιν ἔκτισαν, ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι Αἰγυπτίους ἐχειρώσαντο.* cf. p. 62. A (Dind. p. 115); Scholiasta ad Plat. Tim. 12. 3. p. 425 ed. Beck.: *Σεθρωΐτης.*

[4]) Euseb. chron. ed. Auch. I. p. 224.

[5]) Uhlemannus l. c.: „Selbst wenn man hier — den Text ändern und statt des Saitischen Nomos den Sethroitischen Nomos setzen wollte, so würde auch diese willkürliche Veränderung die Schwierigkeiten nicht lösen."

mannus praeterea negat, hac emendatione arbitraria difficultatem solutam esse, cum ad orientem ostii orientalis Bubastici provincia Tiarabia, Arabia Aegyptiaca sita fuerit, non *νομὸς* neque Saites neque Sethroites neque Methroites, tamen eum fugit, hoc loco Manethoniano nos doceri hunc nomon Sethroitem utramque ostii Bubastici ripam amplexum esse[1]), nisi hoc jam aliis locis constaret; conferas Strabonis[2]) locum: *ἔστι δὲ καὶ νομὸς Σεθροΐτης παρὰ τὴν ἑτέραν λίμνην· ἕνα δὲ τῶν δέκα τῶν ἐν τῷ Δέλτα διαριθμεῖται καὶ τοῦτον*, et Plinii[3]): quae juxta Pelusium est regis nomos habet: Pharbaethiten, Bubastiten, Sethroiten, Taniten[4]).

Jam vero etiamsi haec ab omnibus fere accepta lectio *ἐν νομῷ τῷ Σεθροΐτῃ* probanda non esset, tamen lectio *ἐν νόμῳ τῷ Σαΐτῃ* defendi posse videtur; quia enim Herodotus[5]) ostium Taniticum vocat *στόμα Σαϊτικὸν* et Strabo[6]) adjicit *ὅ τινες Σαϊτικὸν λέγουσιν*, cum Brugschio[7]) colligi potest, alteram urbem nomine Saïs, prope ostium Taniticum sitam fuisse, unde nomen *νομοῦ τοῦ*

---

[1]) Sic bene Fruinius p. 62.

[2]) XVII. §. 24 ed. Siebenkees p. 804.

[3]) Hist. natur. lib. V. cap. 9. sect. 9. §. 49 ed. Sillig.

[4]) Hierocl. p. 707; Ptol. geogr. IV. 5. 53. — Ritter, Erdkunde XVI. 34. 171. 173. 182. 184.

[5]) II. 17. conf. Baehrii excurs. ad h. l.

[6]) XVII. 802.

[7]) Geographische Inschriften altägyptischer Denkmäler. Bd. I: Die Geographie des alten Aegypten nach den ägyptischen Denkmälern. Leipz. 1857.

Σαϊτικοῦ derivatum esset; id quod idem praeterea probabile reddere studet, varia ejusdem vocis locutione: „Eine Stadt oder ein Nomos Saïs, woher saïtisch, mufste somit in der Nähe der tanitischen Nilmündung gelegen haben, ohne dafs man deshalb genöthigt wäre, an die gleichnamige Stadt der Neit im westlichen Theile des Deltalandes zu denken. Auch konnte die Aussprache Saïs für die östliche Stadt, an der tanitischen Mündung, auf einer andern Schreibung beruhen, etwa so dafs das *s* in dem griechischen Namen einem *š* im aegyptischen entsprochen hätte, oder eine Aspirate zwischen *a* und *i* ausgefallen wäre. Alle diese möglichen Aussprachen *šai*, *sahi*, *šahi* im Aegyptischen konnten griechisch unterschiedslos nur durch Saïs wiedergegeben werden."

§ 10.

Deinde in interpretatione vocis Hycsos (*τὸ γὰρ ὑκ καθ' ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ σὼς ποιμήν ἐστι καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον, καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται Ὑκσώς*) Manethonem ignarum linguae Aegyptiacae se praebere contenditur; nullum enim vestigium esse sacrae linguae (*ἱερὰ γλῶσσα*) et vulgaris (*διάλεκτος κοινή*)[1]. Sed contra hoc

---

[1]) Uhlemann l.c.p.74: „Auch diese Stelle erregt Bedenken, und M. läfst sich, wie es scheint, einen groben Irrthum zu Schulden kommen. Kein einziger alter Schriftsteller, so viele auch über die ägyptische Sprache und Schrift geschrieben haben, unterscheidet einen heiligen und einen Volksdialect, dagegen

argumentum haec monenda videntur. Primum enim significatio vocis διάλεκτος nos nullo modo cogit, ut duplicem linguae dialectum apud Aegyptios statuamus, quo sensu posteriores grammatici loquuntur de διαλέκτῳ Ἰάδι, Δωρίδι, Αἰολίδι, κοινῇ; nihil enim aliud significat διάλεκτος sensu proprio quam sermonem, colloquium [1]). Tum vero contra Uhlemanni Aegyptologi opinionem judicium cautum et diligens, quod alius Aegyptologus, certe pari gravitate et auctoritate, Schwartzius [2]), de loco nostro tulit, afferre liceat: „Wir müssen dem seine Sprache und Literatur kundigen aegyptischen Priester-insoweit vollen Glauben schenken, als er berichtet, daſs in Aegypten und zwar noch zu seiner Zeit eine heilige und eine gemeine Sprache bestand. Da dieses, so viel mir bekannt, die einzige Stelle ist, wo zwei Dialecte der altägyptischen Sprache erwähnt werden, so müssen wir durch eine genaue Beachtung derselben untersuchen, wie viel sich aus ihr gewinnen läſst. Zuerst läſst sich

---

unterscheiden sie eine heilige und eine Volksschrift. — Ohne Zweifel hat hier M. Beides verwechselt und irrthümlich die Unterschiede der Schrift auch auf die Sprache übertragen."

[1]) Plat. conv. 203. *a*; Theaet. 183. *b*; Arist. poet. 22; rhet. 3. 2; Dem. 37, 55. Giese über den äolischen Dialect §. 6: Vor dem Zeitalter der alexandrinischen Grammatiker scheint man das Wort διάλεκτος noch gar nicht in der Bedeutung Mundart gebraucht zu haben, wenigstens weiſs ich einen solchen Gebrauch aus Schriftstellern vor und zu der Zeit des Aristoteles nicht zu belegen (apud Schwartzium).

[2]) Schwartze, das alte Aegypten II. p. 954.

folgern, dafs der heilige Dialect gewisse Worte enthielt, die in dem gemeinen Dialect nicht vorkamen. — Zweitens ist zu folgern, dafs in der ältesten Zeit die Spaltung in zwei Dialecte wenigstens für die beiden Worte Hyk und Sos noch nicht Statt fand." Denique facile intelligitur, quo modo scriptura sacra et vulgaris, eodem linguam quoque sacram et vulgarem existere potuisse. Ex lingua enim qua primis saeculis Aegyptii utebantur, paullatim lingua sacra et vulgaris formabatur; „lingua vulgaris populi sermone trita magis magisque formas et dictiones mutabat, nova vocabula assumebat, vetera rejiciebat, ita ut lingua qua utebantur Manethonis aequales quod ad loquendi formam longissime distaret ab ea quae ante viginti et plura saecula in Aegypto viguerat" [1]). Illa sacra ad monumenta publica inscribenda vel ad sacra scripta componenda utebantur, sicut in omni lingua talem distinctionem duplicis ut ita dicam dialecti, vulgaris et elegantioris, purioris, sacrae invenimus. Bene hac de re Bunsenius [2]) disputavit: „Jede heilige Sprache ist aber ihrer Natur nach nichts als eine ehemalige Volkssprache, welche durch heilige Bücher festgehalten worden. So das Hebräische im Gegensatze des sogenannten Chaldäischen; das Althellenische in der griechischen Kirche neben dem Neugriechischen, das Lateinische neben dem Romanischen ...." Praeter Sal-

---

1) Fruinius p. 67.

2) Aegyptens Stell. I. p. 310.

volinii[1]) sententiam, quam in annotatione adjecimus, contra Uhlemannum certissime Seyffarthii testimonium non sine magno momento erit, qui[2]) dicit: „Gleicher Irrthum war die Behauptung, die Sprache der alten Aegypter sei die Neucoptische gewesen. Wie konnte man annehmen, eine Sprache habe sich 3000 Jahre unverändert im Volksmunde erhalten. Die

[1]) Salvolini campagne de Rhamsés-le-Grand (Sesostris) contre les Schèta et leurs alliés, Paris 1835. p. 91: On se demande en quoi consistait cette langue sacrée, diverse de la langue vulgaire. Du moment où l'on admet que les textes hieroglyphiques sont conçus dans la même langue que celle qu'on appelle aujourdhui copte, et qu'on sait avoir été la langue vulgairement parlée en Égypte, dans quels textes, sur quels monumens faudrait-il la chercher? Toujours dans les textes en écriture sacrée. Pour moi j'appelle des mots appartenant à la langue sacrée ceux qui comme ϣωπϣ, πρεοϒ, etc., ont pu être détournés de leur signification au propre, à une signification au figuré d'après le sens tropique qu'avait servi à exprimer primitivement dans les textes l'image de l'objet que ces mots indiquent dans la langue parlée. Il est naturel, que la langue vulgaire c'est-à-dire, parlée, n'a pu admettre pour tel ou tel mot une seconde signification dont les motifs ne se rattachaient qu'à une circonstance dérivée de la nature du système graphique. — Je me résume par quelques exemples; je crois que les mots tels que ϩΗΚ, roi, modérateur, CI, fils, ρπΠΟ jeune etc., etc. n'appartiennent qu'à cette langue ou partie de la langue que Manéthon appelle sacrée: il sera toujours inutile de chercher ces mots dans les dictionnaires coptes.

[2]) Grammatica Aegyptiaca. Gotha 1855. p. XXI.

Erfahrung hat gelehrt, dafs die Sprache der Hieroglyphen fast alle grammatische Formen, nicht vor-, sondern nachsetzt; dafs fast alle weichen Buchstaben der Copten im Altägyptischen harte waren, z. B. k statt h, p statt b und w; kurz dafs Letztere der Ursprache, dem Hebräisch-Chaldäischen näher stand, als das Coptische. Schon Manetho und Josephus nannten die Sprache der alten Aegypter: *ἱερὰ διάλεκτος* [1]). — Uhlemannum

[1]) Idem eodem loco p. 2: „die Sprache der alten Aegypter war die Altcoptische, *ἱερὰ διάλεκτος* (Syncell. p. 40 Par.; Joseph. C. Ap. I. 14), der chaldäisch-hebräischen Ursprache näher verwandt, als diese (Rossi Etymologiae Aegypt. Rom. 1808). Sie unterschied sich von letzterer archäologisch in den Wurzeln, Wortbedeutungen, grammatischen Formen und in der Syntax." — Ibidem p. 3: 2) „Viele Wurzeln hatten ursprünglichere Bedeutungen z. B. *ahab* lieben, coptisch heirathen." — Brugschius l. c. p. 19: „Doppelnamen sind im Aegyptischen vor allem bei Localnamen sehr gewöhnlich und beruhen hier auf einem genau nachweisbaren Verhältnifs der heiligen Sprache und Schrift zur Volkssprache und -Schrift. — Die hieroglyphische Schrift führte im Altägyptischen den Namen der „Schrift der Göttersprache." Dieser (auch bei Homer gebrauchte) Ausdruck der Göttersprache bezeichnet nichts anderes, als den älteren, später als Priester- und Monumentalsprache benutzten sogenannten heiligen Dialect, der bei der allmäligen Entwickelung der Volkssprache Abweichungen in Formen und Wörtern von jener darbieten mufste, die dem Volke meistens unverständlich, nur von dem Priester, als seiner Sprache angehörig, genauer erkannt wurden, oder es waren Bezeichnungen, die zwar dem grofsen Haufen als Namen verständlich waren,

autem hac in quaestione festinato judicio usum fuisse, inde patet quod idem postea alio loco, ubi ei consilium non erat, Manethonis fidem sollicitandi atque evertendi, sententiam nostrae simillimam proposuerit [1]).

§ 11.

Quod ad interpretationem vocis Hycsos attinet, vox *ΣΩΣ* persaepe in scriptis copticis eodem sensu, quem Manetho significat, invenitur; coptice ϣⲱϣ, ita Joh. X. 2. 11. 14. 16, et ϣⲱⲥ Zach. XIII. 8 [2]). Difficilius est alterum verbum ⲩⲕ, quod regem significans nondum in lingua coptica invenitur. Nec tamen inter Aegyptologos dubitatur, quin Manethonis explicatio probanda

---

aber mit besonderen religiösen Vorstellungen im Zusammenhange standen, von denen nur der priesterliche Theil der ägyptischen Bevölkerung die genügende Rechenschaft zu geben wufste."

1) Uhlemanni, Handbuch der gesammten ägyptischen Alterthumskunde. Leipz. 1857. I. p. 167. III. p. 33.

2) Conf. Rossii etymologiae aeg. p. 280; Schwartze, das alte Aegypten II. p. 954; Salvolini, l. c. p. 17; Ephrem Poitevin, Revue archeologique XII. année. Paris 1855. p. I. p. 259: Pas de difficultés sur le sens du mot: sos ϣⲱⲥ; en copte signifie pasteur, berger; c'est un nom commun et qui était d'un usage vulgaire. — Ceterum quod leguntur *σώς ποιμήν ἐστι καὶ ποιμένες*, de eo animadvertendum est, in lingua aegyptiaca singularem a plurali non distingui, aut ita designari, ut verbum ter repetatur, vel post illud tres lineoli (Gränzsteine: Seyffarth, Gramm. aeg. p. 17) ponantur.

sit. Champollio[1]) quidem et Rosellinius[2]) alteram interpretationem, ex qua haec vox *αἰχμαλώτους* significat, sequi malunt, Salvolinius vero jam ostendit, duplicem esse hujus verbi significationem. Hic in libro supra laudato[3]) de hoc verbo haec disseruit: Les textes hieroglyphiques offrent à chaque pas l'idée de Roi, ou plus exactement celle de modérateur, exprimée par le *ΥΚ* dont parle Manéthon; il est orthographié toujours de la manière suivante: ϩⲕ, ϩⲓⲕ. L'image d'un individu paré de tous les emblêmes de la royauté, l'ureus sur le front, le pedum et le fouet entre les genoux, par un procédé tout-à-fait dans le génie des écritures égyptiennes, sert à exprimer aussi l'initiale du mot ϩⲓⲕ, modérateur. Quant à la seconde signification de ce mot indiqué par Josèphe, celle de *αἰχμαλώτους*, captifs, liés, on peut comparer le groupe ϩⲏⲕ, qu'on rencontre dans plusieurs textes hiéroglyphiques; ce mot n'est que le passif de la racine copte ϩⲱⲕ vincire. Quant au mot ϩⲓⲕ, rex, moderator, dont il ne reste

---

1) Précis p. 292.

2) Rosellini monumenti storici I. p. 170: Ne mi sembra improbabile che la voce istessa, diversamente pronunziata, l'uno e l'altro senso potesse rendere. Nel copto rimangono ancora radici analoghe, delle quali potè quell' appellazione esser composta. ϭⲏⲕ chik infatti significa legare, cingere, d'onde ϭⲱⲕ fune, redine, cintura, voce che in senso verbale significa tosare, *κείρειν*.

3) p. 16.

pas de trace dans cette dernière langue, c'est une circonstance qui se rattache à un fait général que j'aurai occasion d'expliquer dans la suite de cette lettre.

Idem confirmat Brugschius[1]: „*K̃åq* ist ursprünglich ein Verbum, welches regieren, beherrschen, verwalten bedeutet. *H̃åq-nef Kem* heifst „er hat regiert, verwaltet das Land Aegypten“ (s. Denkmäler der preufsischen Expedition III. 18). Davon wird das Substantiv *K̃åq* abgeleitet, wörtlich rector, dux, dann auch mit dem Determinativ der sitzenden Königsgestalt dahinter: rex.“ Idcirco nonnulli reges praecipue dynastiae XVIII et XIX vocari poterant hek: sic Horus Amenhotep III appellatur Hek t'an rex Thebarum; Ramses VIII: Hek-ma; Ramses IX Hek-neter-pen[2]); pariter Schwartzius apud Bunsenium p. 596 in dissertatione: „Zurückführung der altägyptischen Worte auf die entsprechenden koptischen“, haec habet:

hak Herrscher . } Maneth. ap. Jos. *τὸ γὰρ ὕκ καθ' ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει.*
hka, hak (be)herrschen }
hek gefangen, Man. ap. eund. *τὸ γὰρ ὕκ Αἰγυπτιαστὶ καὶ τὸ ἄκ δασυνόμενον αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει.* Vgl.
Sahidisch: ϩⲱⲕ, Memphitisch: ϧⲱⲕ cingere
Sahidisch: ϩⲏⲕ, Memphitisch: ϧⲏⲕ cingi.

Dietrichius apud eundem[3]) comparat verbum he-

---

[1]) Die Geographie des alten Aeg. p. 2; Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellsch. 1855. p. 212.

[2]) Bunsenius IV. p. 243.

[3]) Vergleichendes aegypt. semit. Wörterbuch. V. p. 147.

braicum חקק [1]) et arabicum حَقَّ, necessarium fuit, V. certo constitit aliquid alicui, حَقّ verum, justum[2]). — Aptam hujus duplicis interpretationis causam Poitevinus[3]) profert, cum dicit: On comprend très-bien que pendant que les nomades dominaient en Égypte ils étaient appelés les rois pasteurs, et que dès qu'ils furent vaincus, on ne les désigna plus que sous le nom de pasteurs captifs[4]).

Satis igitur superque demonstravimus, Manethonem

---

1) חָקַק statuit, decrevit Jes. 10. 1; חֹקֵק poet. pro שֹׁפֵט judex Jud. 5. 9. Pu. part. מְחֻקָּק statutum Prov. 31. 5; Poel. part. מְחֹקֵק legislator, dux. Jud. 5. 14.

2) Éphrem Poitevin: l. c. p. 259: Quant au mot hyk ou hak écrit ordinairement en hieroglyphes par un groupe qui a deux consonnes sans voyelles, et auquel Josèphe donne deux acceptions différentes, suivant que le mot a ou n'a pas d'aspiration, la langue copte rend perfaitement compte de ces deux sens; en effet, le verbe actif ϩⲱⲕ, qui est très-riche en acceptions, signifie ceindre, embrasser, contraindre, reprimer, effacer, tondre, repousser, gouverner, d'ou l'on a fait un substantif designant métaphoriquement le roi, ce que Josèphe dit être un nom de la langue sainte, pour le distinguer sans doute du nom vulgaire de roi, en copte ⲫⲟⲩⲣⲟ. Lorsque ce verbe ϩⲱⲕ devient passif, le voyelle ⲱ se change en Ⲏ et l'on a le verbe ϩⲎⲕ, qui veut dire être lié.

3) Ibid. p. 259.

4) Brugschius, Geograph. p. 51: „Die griechische Umschreibung des fremden Namen Hyksos löst sich in die ägypt. Form *H'âq. u-S'âsu* auf, welche wörtlich „die Häupter der Schasu" bezeichnet."

neque in eo quod de lingua sacra et vulgari loquitur neque quod de significatione vocis Ὑκσως affert, ignarum linguae Aegyptiacae se praebere. Quae omnia a nobis proposita si tenes, haud quaquam eis assentieris, qui fidem auctoritatemque huic narrationi ejusque auctori denegent.

Quae denique Knoetelius contra hanc Manethonis narrationem protulit, maximeque ex ejus modo narrandi [1]) desumsit, neque animadversione neque refutatione digna videntur.

§ 12.

Praeter hanc narrationem de pastoribus, quam Josephus nobis ex Manethonis opere servavit, regum nomina, annos, eorumque seriem Julius Africanus episcopus, in compendio suo *Χρονογραφιῶν πέντε σπουδάσματα* tradidit. Utrum hic ipsius Manethonis opus excerpserit, an ex alio libro illas series desumpserit, hanc difficillimam quaestionem discernere multo longius a consilio trahit neque multum prodest; idem valet de quaestione, utrum Manetho ipse an alius et fortasse Africanus reges Aegyptios in dynastias diviserit annorumque summas in fine uniuscujusque dynastiae computatas adjecerit. Ex totius operis Manethonis

[1]) „Qui procul dubio talis est, ut nostram de fraude M. sententiam mirum in modum confirmet, mendaciumque simulata ignorantia suspicioso satis luculenter innuat (l. c. de pastoribus qui Hycsos vocantur p. 17).

natura atque argumento, quatenus de eo secundum fragmenta a Josepho servata judicari potest, nobis multo probabilius videtur, hanc divisionem Manethoni abjudicare. Denique alienum quoque a consilio nostro censemus, has regum dynastias in judicium nostrum trahere de earumque veritate, fide, auctoritate judicare, cum ad tres tantum dynastias, quae de Hycsosorum regno agunt, ratio nobis habenda sit. Exstiterunt quidem inter nos nonnulli viri, qui illas regum series summa fide dignas statuerent, eique viri admodum hac in re versati. Sed his quominus in omnibus quas in medio proposuerunt sententiis accederemus, multa nos argumenta, quae hoc loco exponere non possumus, impediverunt.

§ 13.

Ceterum quod de Africani fide in opere suo componendo attinet, nihil de ea dubitandum est; et hoc forsitan monendum, Manethonem sicut ex Josepho videmus, ad reges singulos non annos modo, sed etiam ex Aegyptiorum more menses et dies adjecisse; Africanum vero nonnisi annos integros, mensibus minutis, tradidisse. Hoc Africani opus interiit. Idem accidit Eusebii Pamphili operibus chronologicis, qui in Chronicorum libro primo omnes, et in secundo dynastias inde a decima sexta recensuit. Novimus hanc recensionem ex versione Eusebii Armeniaca nostro sae-

stituere et restituere, eamque refectam omnibus in numeris perfectam et absolutam putare.

Sufficiant vero haec. Ad fontes nostros redeamus; et quae in eis servata sunt, proferamus ac deinceps comparemus[1]).

§ 14.

I. Dynastiae regum pastorum e recensione Africani.

Πεντεκαιδεκάτη δυναστεία ποιμένων[2]).

Ἦσαν δὲ Φοίνικες ξένοι βασιλεῖς ς', οἳ καὶ Μέμφιν εἷλον, ὧν[3])
πρῶτος Σαΐτης ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ' (19), *ἀφ' οὗ καὶ ὁ Σαΐτης νομός· οἳ καὶ ἐν τῷ Σεθροΐτῃ*[4]) *νομῷ πόλιν ἔκτισαν, ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι Αἰγυπτίους ἐχειρώσαντο*[5]).

---

[1]) Comparavimus ad textum constituendum Georgii Syncelli chronographiam ex rec. Dindorfii p. 61; recensiones Idleri II. p. 36; Bunsenii, Urkundenbuch p. 24; Boeckhii p. 157; Fruinii p. 34; Muelleri p. 568.

[2]) „Tota haec dynastia praestantissimo codici B. debetur: in cod. A. recentior manus lacunam indicavit; confirmant lectionem quae apud Eusebium leguntur." Bunsenius.

[3]) „*ὧν — νομὸς* huc retulit B., legebantur post *ἐχειρώσαντο*" (Dind.), quod probat Buns., Muell. contra Dind., Boeckh., Fruin.

[4]) *Σαιθροΐτῃ* B., Schol. Plat. *σεθρωΐτῃ*.

[5]) „Haec inde a verbis *οἳ καὶ ἐν* cod. B. male ante ea quae sequuntur transposuit, Dind. adstipulante, sed et contextu et more Syncelli refragantibus. Habet tamen eodem ordine Euseb." Bunsenius. Conf. annot. 3.

β′ Βνῶν[1]) ἔτη μδ′ (44)
γ′ Παχνὰν[2]) ἔτη ξα′ (61)
δ′ Σταὰν ἔτη ν′ (50)
ε′ Ἄρχλης ἔτη μθ′ (49)
ς′ Ἄφοβις[3]) ἔτη ξα′[4]) (61)
Ὁμοῦ ἔτη σπδ′ (284)[5]).

Ἑξκαιδεκάτη δυναστεία.

ποιμένες ἄλλοι[6]) βασιλεῖς λβ′[7]), ἐβασίλευσαν ἔτη φιη′ (518)[8]).

Ἑπτακαιδεκάτη δυναστεία.

ποιμένες ἄλλοι βασιλεῖς μγ′[9])
καὶ Θηβαῖοι[10]) Διοσπολῖται μγ′
Ὁμοῦ οἱ ποιμένες καὶ οἱ Θηβαῖοι ἐβασίλευσαν ἔτη ρνα′ (151)[11]).

---

1) *Βυῶν* G. (lectio Goari); *Βηὼν* m. (annot. in margine posita). Idl.: *Βηῶν* (*Ἀνῶν*).

2) *Παχνὰν* B., *Παχνᾶν* G., *Ἀπαχνὰς* m.

3) *Ἄφωφις* m., *Ἄφωβις* Scal.

4) Idem numerus apud Sync. p. 62. B., 69. D.

5) In excerpt. Barbari, quae laterculos Manethonianos laceros et e graecis latine factos a nescio quodam ignoto et valde ignaro habent, et quorum numeri partim cum Africano, partim cum Eusebio, partim cum neutro consentiunt: Potestas Sebennitorum anni 224 (284 ?).

6) Haec est lectio utriusque cod., quod Routh testatur et Dindorf. probat; idem legit Scal., de quo Goarus dicit: ille nescio ubi legerit *ποιμένες ἄλλοι*.

7) Hunc num. Fruin. ejiciendum putat.

8) Excerpt. Barb.: Potestas Memphitarum an. 318 (518 ?).

9) Scal. *λγ′*.

10) Muell., *Θηβαῖοι* [ἢ] *Διοσπ.*

11) Bunsenius: „Haec corrupta esse, nemo dubitabit.“ Aliter Boeckhius. Bunsenius, quem Fruinius sequitur,

Δεύτερος αὐτῶν Βνῶν ἔτη μ'
τρίτος Ἀρχάρης ἔτη λ'
τέταρτος Ἄφωφις ἔτη ιδ'
Ὁμοῦ[1]) ργ'

Ὁ δὲ Σαΐτης προέθηκε τῷ μηνὶ ὥρας ιβ', ὡς εἶναι ἡμερῶν λ' καὶ τῷ ἐνιαυτῷ ς', καὶ γέγονε ἡμερῶν τξε'.

IV. Secundum Syncellum[2]).

(p. 104. A., 108. D., 123. C. ed. Dind.)

Αἰγυπτίων κς' ἐβασίλευσε Σιλίτης ἔτη ιθ' (19), *πρῶτος τῶν ς'*[3]) *τῆς ιζ' δυναστείας παρὰ Μανεθῷ.*

"	*κζ'*	"	*Βαίων*	"	*μδ'* (44)	
"	*κη'*	"	*Ἀπαχνὰς*	"	*λς'* (36)	
"	*κθ'*	"	*Ἄφωφις*	"	*ξα'* (61)	
"	*λ'*	"	*Σέθως*	"	*ν'* (50)	
"	*λα'*	"	*Κήρτως*	" "	*κθ'* (29) *μδ'* (44)	*κατὰ Ἰώσηππον* *κατὰ Μανεθῶ*
"	*λβ'*	"	*Ἀσὴθ*	"	*κ'* (20).	

Οὗτος προσέθηκε τῶν ἐνιαυτῶν τὰς ε' ἐπαγομένας καὶ ἐπὶ αὐτοῦ ὥς φασι ἐχρημάτισεν τξε' ἡμερῶν ὁ Αἰγυπτιακὸς ἐνιαυτὸς τξ' μόνον ἡμερῶν πρὸ τούτου μετρούμενος[4])· *ἐπὶ αὐτοῦ ὁ Μόσχος θεοποιηθεὶς Ἄπις ἐκλήθη.*

---

[1]) Sic notam explicat Bastius Corinth. p. 827.

[2]) *Μᾶλλον τῷ Ἰωσήππῳ διὰ τὴν γραφικὴν συμφωνίαν ἐν τούτῳ ἑπόμενος.*

[3]) cf. infra.

[4]) Idleri Handbuch d. Chronol. I. 187.

Syncellus hos reges vocat Tanitas secundum fontem suum. Dicit enim p. 103. D. postquam Concharin nominavit: *καὶ διεδέξαντο Ταυῖται βασιλεῖς δ', οἳ καὶ ἐβασίλευσαν Αἰγύπτου ἐπὶ τῆς ιζ' δυναστείας ἔτη σνδ', ὡς ἑξῆς ἐστοιχείωται.* Tum habet p. 104. B.: *Αἰγυπτίων κς' ἐβασίλευσε Σιλίτης ἔτη ιθ'* et p. 108. D. reges sequentes. — Contra Muelleri[1]) sententiam qui dicit: „vides Syncellum in fonte suo reperisse dynastiam regum quattuor, ut est apud Eusebium. Quod pro annis 103 ponit annos 259 (secundum lectionem *σνθ'* pro *σνδ'*) id incredibilis auctoris negligentiae debetur" multo nobis verisimilius videtur cum Lepsio[2]) lectionem corruptam habere, et *βασιλεῖς δ'* emendare in *βασιλεῖς ς'*. At cum non sit cur Lepsium sequentes regem *'Ασήθ* habeamus pro primo rege dynastiae XVIII, melius videtur pro *δ'* ponere *ζ'*, et regem *'Ασήθ* ultimum hujus dynastiae censere, unde efficitur, ut anni 259 regum 7 apud Syncellum conveniant cum 259 annis regum 6 apud Josephum. Pariter p. 104. B. pro *ς'* ponendum est *ζ'*. Hoc modo incredibilis negligentia, quam Muellerus Syncello tribuit, facile tolli potest.

§ 17.

Denique tabulas adjecimus, in quibus dynastias Hycsosorum et secundum Eusebium et Scholiastam, et secundum Josephum, Africanum, Syncellum comparatas melius conspicias.

---

1) Muellerus l. c. p. 517. — 2) Lepsius Chron. p. 424.

Δεύτερος αὐτῶν Βνῶν ἔτη μ'
τρίτος Ἀρχάρης ἔτη λ'
τέταρτος Ἄφωφις ἔτη ιδ'
Ὁμοῦ[1]) ργ'

Ὁ δὲ Σαΐτης προσέθηκε τῷ μηνὶ ὥρας ιβ', ὡς εἶναι ἡμερῶν λ' καὶ τῷ ἐνιαυτῷ ς', καὶ γέγονε ἡμερῶν τξε'.

IV. Secundum Syncellum[2]).

(p. 104. A., 108. D., 123. C. ed. Dind.)

Αἰγυπτίων κς' ἐβασίλευσε Σιλίτης ἔτη ιθ' (19), *πρῶτος τῶν ς'*[3]) *τῆς ιζ' δυναστείας παρὰ Μανεθῷ.*

„	*κζ'*	„	*Βαίων*	„	*μδ'* (44)	
„	*κη'*	„	*Ἀπαχνὰς*	„	*λς'* (36)	
„	*κθ'*	„	*Ἄφωφις*	„	*ξα'* (61)	
„	*λ'*	„	*Σέθως*	„	*ν'* (50)	
„	*λα'*	„	*Κήρτως*	„	*κθ'* (29)	*κατὰ Ἰώσηππον*
				„	*μδ'* (44)	*κατὰ Μανεθῶ*
„	*λβ'*	„	*Ἀσὴθ*	„	*κ'* (20).	

Οὗτος προσέθηκε τῶν ἐνιαυτῶν τὰς ε' ἐπαγομένας καὶ ἐπὶ αὐτοῦ ὥς φασὶ ἐχρημάτισεν τξε' ἡμερῶν ὁ Αἰγυπτιακὸς ἐνιαυτὸς τξ' μόνον ἡμερῶν πρὸ τούτου μετρούμενος[4])· *ἐπὶ αὐτοῦ ὁ Μόσχος θεοποιηθεὶς Ἄπις ἐκλήθη.*

---

[1]) Sic notam explicat Bastius Corinth. p. 827.

[2]) *Μᾶλλον τῷ Ἰωσήππῳ διὰ τὴν γραφικὴν συμφωνίαν ἐν τούτῳ ἑπόμενος.*

[3]) cf. infra.

[4]) Idleri Handbuch d. Chronol. I. 187.

Syncellus hos reges vocat Tanitas secundum fontem suum. Dicit enim p. 103. D. postquam Concharin nominavit: *καὶ διεδέξαντο Τανῖται βασιλεῖς δ', οἳ καὶ ἐβασίλευσαν Αἰγύπτου ἐπὶ τῆς ιζ' δυναστείας ἔτη σνδ', ὡς ἑξῆς ἐστοιχείωται.* Tum habet p. 104. B.: *Αἰγυπτίων κς' ἐβασίλευσε Σιλίτης ἔτη ιθ'* et p. 108. D. reges sequentes. — Contra Muelleri[1]) sententiam qui dicit: „vides Syncellum in fonte suo reperisse dynastiam regum quattuor, ut est apud Eusebium. Quod pro annis 103 ponit annos 259 (secundum lectionem *σνθ'* pro *σνδ'*) id incredibilis auctoris negligentiae debetur“ multo nobis verisimilius videtur cum Lepsio[2]) lectionem corruptam habere, et *βασιλεῖς δ'* emendare in *βασιλεῖς ς'*. At cum non sit cur Lepsium sequentes regem *Ἀσήθ* habeamus pro primo rege dynastiae XVIII, melius videtur pro *δ'* ponere *ζ'*, et regem *Ἀσήθ* ultimum hujus dynastiae censere, unde efficitur, ut anni 259 regum 7 apud Syncellum conveniant cum 259 annis regum 6 apud Josephum. Pariter p. 104. B. pro *ς'* ponendum est *ζ'*. Hoc modo incredibilis negligentia, quam Muellerus Syncello tribuit, facile tolli potest.

§ 17.

Denique tabulas adjecimus, in quibus dynastias Hycsosorum et secundum Eusebium et Scholiastam, et secundum Josephum, Africanum, Syncellum comparatas melius conspicias.

---

[1]) Muellerus l. c. p. 517. — [2]) Lepsius Chron. p. 424.

Eusebius. sec. Syncellum.		— Armen. interpr.		Scholiasta.	
1. Saites	19	Saites	19	*Σαΐτης*	19
2. Bnon	40	Bnon	40	*Βνῶν*	40
3. Aphophis	14	Archles	30	*Ἀρχάρης*	30
4. Archles	30	Aphophis	14	*Ἄφωφις*	14
	103		103		103

Josephus.

1. *Σάλατις ιθ'* (19).
2. *Βνῶν μδ'* (44).
3. *Ἀπάχνας λς'* (36. m. 7). *καὶ μῆνας ἑπτά.*
4. *Ἄπωφις ξα'* (61).
5. *Ἰάννας ν'* (50. m. 1). (*κ. μ. ἕνα.*)
6. *Ἄσσις μθ'* (49. m. 2). *κ. μ. δύο.*

259. m. 10.

Οὗτοι δὲ οἱ προκατωνομασμένοι βασιλεῖς καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι κρατῆσαι . . . . . 511.

Μετὰ ταῦτα — ἐπανάστασις καὶ πολεμος μεγὰς καὶ πολύχρονος ἐπὶ τοὺς ποιμένας.

Panodorus habet 7 reges cum 259 ann.

Africanus.

Dynastia XV.

1. *Σαΐθης ιθ'* (19).
2. *Βνῶν μδ'* (44).
3. *Παχνὰν ξα'* (61).
4. *Σιάαν ν'* (50).
5. *Ἄρχλης μθ'* (49).
6. *Ἄφωβις ξά* (61).

284

Dynastia XVI.

32 *ποιμένες* a. 518.

Dynastia XVII.

43 *ποιμένες* . . 151

43 *Θηβαῖοι* . . 151.

Syncellus.

1. *Σιλίτης*	19
2. *Βαίων*	44
3. *Ἀπαχνᾶς*	36
4. *Ἄφωφις*	61
5. *Σέθως*	50
6. *Κήρτως*	{ 29 / 44 }
7. *Ἀσήθ*	20
	{ 259 / 274 }

§ 18.

Si has varias recensiones comparamus, haec notanda sunt. Ac primum reges pastores, quos Africanus in dynastia decima quinta posuit, Eusebius in decimam septimam transtulit, qua in re cum Scholiasta Platonis consentit. Contra jam Syncellus [1]) Eusebium accusat, quod Manethonianas Africani dynastias ut suis συγχρονισμοῖς convenirent, mutaverit. Haud probabile Syncelli judicium nobis videtur, praesertim cum, multis aliis quae idem probant indiciis omissis, quod hic postea profitetur, respicias, ubi Manethoni Josephum opponit, quem sequi mavult, quam illum, haud reputans, Josephum quoque ipsum nomina sua e Manethone sumpsisse. Huc accedit, quod quamquam Josephum sequi vult, tamen eum ante oculos habuisse prorsus negandum est, sed e Panodoro aliove sua excerpsisse censendum, id quod non solum ex hoc loco sed etiam ex aliis luce clarius apparet [2]). Verisimile est, Eusebium, decimam quintam et sextam dynastiam ante pastorum reges constituentem, hoc non fecisse ex suo arbitrio, sed fontem suum, ex quo et ipse et Scholiasta Platonis hausisse videtur, secutum esse. Nec tamen causa est, cur Africani ordini dynastiarum anteponamus Eusebium,

[1]) Hunc locum supra in fine dynastiae recensionis sec. Eusebium adjecimus.

[2]) Conf. Boeckhium l. c., Muellerum p. 517. 574.

etsi quidem, quod jam hic notare volumus Africani dynastia septima decima corrupta videatur.

§ 19.

Deinde magna inter hos quinque recensiones discrepantia negari non potest. Differunt enim:

1. numerus regum: Josephus et Africanus habent sex, Eusebius et Scholiasta quatuor; Syncellus (et Panodorus) septem reges.

2. nomina regum. Nullum nomen eodem prorsus modo scriptum in omnibus recensionibus invenitur. Ex quatuor regibus Eusebii et Scholiastae tres in utraque recensione eadem nomina gerunt: Saites, Bnon, Aphophis; Scholiastae Archares ab Eusebio vocatur Archles. Ex nominibus Josephi, Africani, Syncelli paulum modo mutatis nominari possunt: Salatis, pro quo ceteri Saites (Africanus) et Silites (Syncellus); Bnon, quem Syncellus vocat *Βαίων*; pro Josephi et Syncelli Apachnas habet Africanus *Παχνὰν*, et pro utriusque Aphophis hic Aphobis. Africani *Στάαν* neque apud Josephum neque Syncellum legimus, ille habet *Ἰάννας* vel *Ἰανίας*, hic *Σέθως*. Josephi regi sexto *Ἄσσις* respondet apud Africanum *Ἄρχλης*, rex quintus, et Syncelli septimus *Ἀσήθ*. Denique Syncelli sextus *Κήρτως* nusquam praeterea invenitur. Ex nominibus quatuor Eusebii tria modo eaque leviter tantum mutata, verum aliter ordinata, in omnibus recensionibus habemus: Saites, Bnon, Aphophis.

3. Nec aliter ordo regum se habet. Regum Josephi non nisi primus et secundus in eodem ordine sunt apud ceteros: Saites et Bnon. Josephi tertius Apachnas legitur eodem loco apud Africanum et Syncellum; abest apud Eusebium et Scholiastam. Rex Aphophis, quem Josephus quartum posuit, eundem locum habet apud Syncellum et Scholiastam et Eusebium secundum Armeniacam versionem, sed ex Eusebio in Syncelli libro locum tertium, et apud Africanum sextum. Loci regis quinti et sexti apud alios alii sunt.

4. Denique numeri singuli singulorum regum et summa eorum valde discrepant. Ex singulis regum numeris unus modo apud omnes idem est; primo enim regi ab omnibus anni undeviginti tribuuntur. Deinde numerus secundi regis Bnon apud Josephum, Africanum, Syncellum, et apud Eusebium, Scholiastam idem fere est; illi tres habent annos quadraginta quatuor, hi quadraginta modo. Inter ceteros reges annorum numerus regis Aphophis apud Josephum, Africanum, Syncellum idem est. — Reliqui omnes valde differunt. Josephus et Syncellus conveniunt in numeris primorum quinque regum; pro Josephi sexti regis annis habet Syncellus duos reges, quorum anni computati (29 + 20) numerum Josephi (49) faciunt. Qua ex singulorum numerorum discrepantia efficitur, ut etiam annorum summa varia sit. Africanus pastorum dynastiae decimae quintae tribuit annos 284, Josephus 259 annos et decem menses (vel 260 annos); quem numerum Syncellus quoque

4. De ceteris tribus regibus apud alios aliter refertur. Josephi quarti regis nomen Ἄπωφις leviter modo mutatum apud omnes legitur, eique ab Africano et Syncello totidem anni tribuuntur, quos apud Josephum habemus: 61. Contra Eusebius et Scholiasta triginta ei adscribunt, quod respici non oportet. Memoratu autem dignus est locus, quem hic rex apud Africanum habet; huic enim est sextus, non quartus sicut Josepho et Syncello. Africani ordinem probant Boeckhius[1]), Lepsius[2]), Muellerus[3]), eumque vere Manethonianum censent. Ex Boeckhii sententia Judaeus quidam ut veteris Testamenti chronologiae Manethonem accommodaret, ex Lepsii Josephus ipse eadem ex causa Manethonis recensionem mutavit. Lepsii vero argumentatio[4]) nobis probabilis non videtur. Ex eo enim Flavius

1) p. 227. — 2) p. 390. — 3) p. 571.

4) „Zu Josephus Zeit war aber die richtige ägyptische Angabe, daſs die Hyksos erst unter Tuthmosis auszogen, bereits verkannt worden. Er setzte den Auszug der Hyksos und der Juden schon unter Amosis und lieſs die ganze 17 Dyn. von 251 Jahren dem Amosis vorausgehen. Unmöglich konnte er den Joseph unter Aphophis setzen. Ebensowenig konnte für ihn der Einzug Abrahams mit dem der Hyksos zusammenfallen, denn er gab den Aufenthalt der Hyksos auf 54 Jahre, den der Juden auf 430 Jahre an. Er sagt aber auch nirgends, weder daſs die Juden ebenso mit den Hyksos eingezogen seien, weil sie mit ihnen auszogen, noch daſs Jacob oder Joseph unter Aphophis nach Aegypten kam. Vielmehr scheint er angenommen zu haben, daſs nicht der zweite, sondern der erste Einzug der Juden in Aegypten,

Josephus veterem traditionem, quam Syncellus quoque habet[1]) Josephum, Jacobi filium sub rege Apophis in Aegyptum venisse, ita intellexit, ut non posterior Judaeorum migratio in Aegyptum Josepho, Jacobi filio suadente, sed prior Abrahami, Aphophi regnante facta esset, quam ex chronologia sua in priore pastorum dynastia, et quidem in quarti, non ultimi ejus regis dominatione ponere debuit. Contra haec monemus: cum Josephus censeret, Israelitas 430 annos in Aegypto versatos eosque Amosi regnante expulsos esse, 251 annos post priorem pastorum dynastiam, eorum adventus, si numerum 430 a numero 511 detrahas, in annum octogesimum primum dynastiae pastorum prioris cadit, et tertio pastorum rege Apachna imperante accidit. Quamobcausam Flavius Josephus, si ex Septuaginta interpretatione veteris testamenti [2]) inde ab Abrahamo ad ad Mosem 430 annos numerasset [3]), propter Abrahami

---

also Abraham unter Aphophis fiel, und dafs so die ihm ohne Zweifel bekannte Tradition zu verstehen sei. Wenigstens mufste ihm der Einzug Abrahams wirklich in die erste Hyksosdyn. fallen, aber allerdings nicht unter den letzten, sondern unter den vierten König. Dies war meiner Meinung nach der Grund, warum Josephus den Aphophis zum vierten König machte.“

1) *Ἰωσὴφ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς Αἰγύπτου ἀναβιβάζεται, ὅπερ ἦν τῆς μὲν τοῦ Ἰωσὴφ ἔτος λ', ὥς φησιν ἡ γραφὴ, Ἀφώφεως δὲ τῆς βασιλείας τοῦ καὶ Φαραὼ ἔτος ιζ'.*

2) Exod. XII. 40: *ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν κατῴκησαν ἐν τῇ γῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναὰν ἔτη τετρακόσια τριάκοντα.*

3) Joseph. Antiq. II. 15. 2. VIII. 3. 1. Contra antiq. II. 9. 1, de bello Jud. V. 9. 4 quadringentos annos Israelitas in Aegypto

adventum si quidem sub Apophi rege factum vellet, in Manethonis serie regem illum tertium non quartum ponere debuisset. E contrario cum Flavius Josephus *τὸν Ἰώσηπον τὸν πρὸ Μωϋσέως πρεσβύτερον τέσσαρσι γενεαῖς τετελευτηκότα, ὧν ἐστιν ἔτη σχεδὸν ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν*[1]) putaret, Moses vero populum octoginta annos natus ex Aegypto educeret, Josephi adventus (170 + 80 = 250) plane in aetatem Apophis sexti regis incidit, neque Flavio Josepho causa erat, cur hanc Manethonianam traditionem bene ad chronologiam suam aptam mutaret. — His ita expositis eis adsentire non possumus, qui a Josepho Manethonianam recensionem ad consilium suum accommodatam volunt, eamque ob rem Africani genuinam habent. Multo verisimilius censemus, Africanum hanc regum seriem, etiamsi non ipse ad chronologiam Septuaginta versionis adaptaverit, certe quia eam cum Scripturae sacrae temporibus magis fortasse consentientem existimaret, Josephi ordini praetulisse[2]).

5. Josephi rex quintus vocatur *Ἰάννας* (*Ἰανίας*) et

---

oppressos esse contendit: *σιγῶ ἢ εἴπω τὴν εἰς Αἴγυπτον μετοικίαν τῶν πατέρων, οἳ τυραννευόμενοι καὶ βασιλεῦσιν ἀλλοφύλοις ὑποπεπτωκότες τετρακοσίοις ἔτεσι.*

1) Joseph. c. Ap. I. 33.

2) Id quod Lepsii (Chron. p. 468) judicio probari potest: „Er ist der erste Chronograph, der das bestimmte System der alttestamentlichen Chronologie aufgestellt zu haben scheint, welche der Aere der orientalischen Kirche zu Grunde liegt. Er folgte im Ganzen den Siebzig.“

rexit 50 annos, totidem Africani Σιάαν et Syncelli Σέθως. Utra scriptio, Josephi an Africani probanda sit, difficile est dictu; nescio an Africani praestet.

6. Denique Josephi regi sexto, cui nomen est Ἄσσις, rex respondent apud Africanum, ut ex pari annorum numero conficitur, Ἄρχλης, quod nomen Eusebius et Scholiasta [1]) regi quarto (sive tertio) tribuit, et apud Syncellum duo reges Κήρτως et Ἄσηθ annorum 29 et 20 (= 49). Quomodo haec differentia solvenda sit, non video. Fortasse recta lectio pro rege Ἄσσις apud Syncellum servata est Ἄσηθ. Neque tamen eos vituperare possumus qui etiam hoc loco nomen ex Josepho emendandum censent. Kertonem Syncelli apud Josephum non invenimus; Muellero [2]) videtur idem nomen esse atque Archles apud Africanum, quod probabile non arbitror.

Ex his, quae antea de regum Hycsosorum et nominibus et annis et ordine exposuimus, sequitur, Josephi recensionem, duobus vel tribus locis exceptis, ubi regum nomina fortasse emendanda videntur, omnibus aliis anteponendum esse.

§ 21.

Idem ex nostra sententia tenendum est, quod ad dissensum attinet, qui Africano cum Josepho intercedit,

---

[1]) Vix monendum est nomen Ἀρχάρης apud Schol. lapsu librarii ex Ἄρχλης corruptum esse.

[2]) p. 571.

de numero annorum, per quos pastores in Aegypto versatos esse atque regnasse Josephus ex Manethone tradit. Hic enim reges quos nominatim affert et qui eos secuti sunt 511 (vel 512) annos regnasse testatur; Africanus vero praeter sex reges, quos in dynastia XV posuit, duas numerat pastorum dynastias; quarum alteri, dynastiae XVI anni 518 cum 32 regibus pastoribus tribuuntur, alteri dynastiae XVII 151 cum regibus 43, quorum temporibus etiam 43 reges Diospolitae regnarunt, ita ut pastorum tempora secundum Africanum 284 + 518 + 151 = 953 annos conficiant. Quam magnam ut solvant differentiam alii Africano, alii Josepho majorem auctoritatem tribuunt. Illi censent, Josephum propter Judaeorum chronologiam annos illos minuisse. Sic Muellerus dicit[1]: Josephus „annos dynastiae XVI ad dynastiam XV et XVI retulit, ne nimium Manetho discrepet a Judaeorum chronologia, nam secundum Genesin c. 19, ut ipse Josephus ait Judaei (i. e. Pastores secundum Josephum) nonnisi 400 annis in Aegypto commorati sunt. His igitur ex Manethone substituerit annos 511, per quos regnasse Pastores in Aegypto ait. Quod deinde subsecutum esse ait bellum diuturnum, id componi potest cum Africani dynastia XVII, regum Pastorum et Thebaeorum.“ Quamobrem Muellerus 953 annos pastoribus tribuit; eadem fere ratione Bunsenius[2]), eo tantum discrimine ut priorem dynastiam

---

[1]) p. 572.

[2]) II. p. 18. — Hujus praeterea hanc ob causam numerum regum pastorum quam maximum habere intererat, quod opinatur,

non 284 annos, sed ex Josepho 260 regnasse censeat. Verum quae apud Africanum de dynastia XVII leguntur corrupta esse nemo negabit, nisi qui, ut Bunsenii verbis utar, Manethoniana esse putaverit, quia absurda sint; hoc enim jam inde patet, quod numerus annorum et ordo regum dynastiae XV, ut supra exposuimus, ex Josepho, Bunsenio consentiente, emendandus est, maxime autem quod Josephus, cum revera numeros Manethonianos ad suam chronologiam mutare vellet, nihil tamen mutatione sua assecutus est, nam tanta differentia inter quadringentos annos per quos Judaeos in Aegypto versatos eosque non *κρατήσαντας τῆς Αἰγύπτου*, sed *τυραννευομένους καὶ βασιλεῦσιν ἀλλοφύλοις ὑποπεπτωκότας* ait [1]) et circa sexcentos annos quos Manetho tradit, neminem effugere potuit. Boeckhii vero ingeniosa atque subtilissima ratio, qua Josephum cum Africano ita conciliare studet, ut statuat, regnasse

in dyn. XV pastores solos 284 annos, deinde
in dyn. XVI pastores primo solos 227 }
  tum past. et Diospolitas . . . 291 } = 518
in dyn. XVII past. et Diospolitas 151,

ita ut Josephi annos 511 habeas in numeris 284 et 227 computatis; Africani 518 in numeris 227 et 291 — haec adornatio nobis placeret, nisi cogeremur, Josephi an-

---

eadem aetate Apollodori 53 reges Aegyptiacos, quorum Syncellus p. 147. D. mentio fit, juxta pastores regnasse, id quod bene refutavit Lepsius p. 516.

[1]) De bello Jud. V. 9. 4.

besagen, und die Hyksos Araber, wie nach der Versicherung des Manetho Einige, und wie mir dünkt, sehr wahrscheinlich meinten, so könnte es nicht einmal befremden, daſs der erste Hirtenkönig mit einem dem hebräischen Worte für „Machthaber oder Regent" verwandten Namen bezeichnet worden wäre[1])." Praeterea haec adjicere volumus. Nam primum quidem quaeri debet, quanam ex lingua nomina pastorum derivanda sint. Bochartus[2]) e lingua Punica explicare voluit, nec immerito, nam *Φοίνικες* pastores vocantur. Simili modo de nomine Salatis disputavit Roethius[3]): „*Σαΐτης* ist offenbar das Wort צַיָּד, صَيَّاد, venator, piscator, das mit צידן gleichen Stammes und gleicher Bedeutung ist, also ebenfalls Sidonier, Phönizier bezeichnet, wie denn auch die Stadt Sidon im Arabischen صَيْدَا heiſst." Melius fortasse cum lectionem Saites praeferas, ad radicem arabicam animadvertas: سَعَدَ felix fuit, inde سَعْدٌ felicitas, سَعِيدٌ felix, unde multa nomina propria derivantur سَعِيدٌ Said, أَبُو سَعِيدٍ Abu said, سَاعِدَةٌ leo, unde nomen Saeda; vel ad radicem notam سَادَ praefuit genti, unde سَيِّدٌ princeps, dominus. At si vera nominis lectio *Σάλατις* ex lingua Hebraica explicanda est, facile

[1]) p. 291.

[2]) Geographia sacra s. Phaleg. de dispersione gentium et Canaan de coloniis et sermone Phoenicum. p. 374.

[3]) Geschichte der abendl. Philosophie. Nota 15. p. 5.

intelligitur, cum ad frequentem radicem maximeque in aramaeis dialectis שלט redeas, quae significat, durum esse, imperare; sic arabice: سَلُطَ durus, fortis, vehemens fuit; II. dominum praefecit aliquem, V. dominium obtinuit, exercuitque vim sq. على pers. Inde nomen سُلْطَانٌ potestas, deinde princeps, Sultanus. Similem habes significationem in voce propinqua Aethiopica[1]). Haec vero omnia id postularent, ut Manetho ad illud nomen fingendum talium linguarum ignarus non fuisset; certe, si nomen ab illo ex Geneseos libro sumptum et ad vocem hebraicam השליט fictum velis, falsarium illum linguae Hebraicae rudem fuisse negare non debebis; nam illud nomen ex veteris Testamenti illo tempore in Aegypto pervulgata[2]) versione Graeca Septuaginta virorum sumere non potuit, cum in ea titulus השליט servatus non sit, sed explicatus verbis ὁ ἄρχων τῆς γῆς[3]).

---

[1]) Gesenius thes. hebr. I. p. 1417.

[2]) Nonnulli eo etiam progressi sunt, ut dicerent, Aegyptios sacerdotes ex Graeca demum versione v. T. Judaeorum in Aegypto versantium historiam cognovisse; indeque „ut antiquum gentis pudorem Graecis saltem Aegypti tunc dominis celarent, has de Hycsosorum regno fabulas finxisse.“ Sic Thorlacius de Hycsosorum Abari. Havn 1794.

[3]) Fruinius p. 60: „Non possum tamen quin observem hoc nomen non multum distare a Walid, ut vocatur rex Amalecitarum, qui secundum traditionem Arabici historici primus Aegyptum subegit.“ Pauthier livres sacrés de l'Orient. p. 466.

Sed variae hae omnes explicationes nominum atque argumenta, ex illis contra veritatem narrationis sumta, refutabuntur, cum eo perventum erit, ut illa nomina ex lingua aegyptiaca derivari et explicari possint. Quod ad nomen Salatis attinet, Knoetelius illud non temere censet conflatum e Sar-aatu vel Sal-aatu i. e. princeps rebellium, cum ex fragmentis aegyptiacis et monumentis publicis monstratum sit, pastores aat, plur. aatu appellatos esse[1]).

Nomen quarti regis Aphophis mere Aegyptiacum esse, inter omnes constat[2]). Num denique probandum sit, nomen tertii Apachnas originis aegyptiacae esse, in medio relinquamus, sed non contemni potest, illud nomen ad alteram tituli Josepho patriarchae a rege dati צפנות פענח (Ψονθομφανὴχ) partem פענח referendum esse; quam Lepsius[3]), ex verbo hieroglyphico anch, koptice ⲱⲛϩ, ⲁⲛϩ, cum articulo ⲡ ⲱⲛϩ, quod significat vitam, explicatam saepe in nominibus propriis invenit, ad exemplum: Ra-en-anch sive Ra-en ph. anch, sol vitae; Schafra-anch, Aseskef-anch, Auf-anch. Ex dynastia XXI Bunsenius[4]) regem notavit, qui simile nomen gerit: Psinaches vel Phinaches, id quod Piankh. Hanc tituli significationem in universum probat Brugschius,

---

[1]) De regibus qui Hycsos vocantur p. 31. — Brugsch, Reiseberichte. 219. 345.

[2]) De hoc rege vide quae infra monebimus.

[3]) p. 382.

[4]) IV. p. 245.

sed unde ille derivatus sit, hoc modo explicat: „Sehr merkwürdig ist es, daſs der ägypt. Name צפנת פענח (LXX: *Ψοθομφανὴχ* oder *Ψομτομφανὴχ*), welchen nach dem 1. Buch Mos. 41. 46 Joseph vom Pharao erhielt, in seinem letzten Theile genau die Elemente der in Rede stehenden Localbezeichnung eines Quartiers von Memphis enthält[1]). Dem *tå* entspricht im Hebräischen ת, dem *ånch* ganz genau ענח, das פ vor diesem ist der äg. Artikel männlichen Geschlechts vor *ånch* (koptisch auch ⲡⲱⲛϩ vita). Das hebräische תפענח scheint also aus der monumental nachweisbaren altäg. Benennung dieses Theiles von Memphis: *tå-p. ånch* entstanden zu sein. Welches altäg. Wort den drei ersten Buchstaben צפנ des Namens zu Grunde liegt, ist schwer zu sagen, vielleicht aber das hieroglyphische *ns-pen* „dies (ist) der Gouverneur." Unter dieser Voraussetzung würde das Wort צפנתפענח so zu zergliedern sein: *ns-pen-tå-p. ånch*, zu deutsch „dies ist der Gouverneur von *Tåpånch*." (p. 237.)

§ 23.

His ita expositis, neque illos, qui omnia illa nomina ex Israelitarum historia desumpta censent, neque

---

1) p. 236: „Zunächst citire ich die Localbezeichnung (i. e. urbis Memphis) *tå-ånch* oder mit dem Artikel *p. tå-ånch*, wörtlich „die Welt des Lebens," noch häufiger aber nach vielen hierogl. und demotischen Inschriften *ånch-tå* „das Leben der Welt." So hieſs der Theil der Stadt, in welchem sich das Heiligthum der Göttin Båst befand."

Hofmanni singularem sententiam refutabo, quae vix animadversione digna est. Hic enim priorem [1]) suam opinionem, ex qua nomina trium priorum nomina Typhonis eamque ob causam totam dynastiam ejiciendam esse censuit, non idoneam ratus, postea [2]) aliam aeque infirmam atque levem proposuit, ex qua in nominibus horum regum, (id prorsus spectans, ut haec tota dynastia ab eo omitti possit), nihil aliud certe vidit, quam laterculum breve dynastiarum priorum Aegyptiacarum: Thebaeorum, Bubastitarum, Tanitarum, Saitarum, et veram hujus indicis formam suspicatur hanc:

α'. Μομφῖται
:
Ἀρχονδῆς ιθ'
Ἄφωφις κ'
Ποιμένες ἀδελφοὶ, Φοίνικες ξένοι.

---

1) Theolog. Stud. und Krit. 1839. p. 422: „Unter den Namen — findet sich ein Βήων, ein Ἄπωφις (Ἄφωφις), letzteres bekanntlich ein Name des Typhon, jenes wahrscheinlich nichts anderes als Βέβων, Βεβήων, ebenfalls ein Name desselben Gottes der Nomaden (Plut. d. Isid. atque Osiride c. 62). Nach dem ersten dieser Könige (Salatis, Silites, Saites) soll der sethroitische Nomos benannt sein — ich vermuthe, er habe Seth geheifsen. — So hätten wir drei Namen Typhon's gefunden; und die ganze Dyn. kann wahrscheinlich ohne Schaden gestrichen werden."

2) Aegyptische und Israelitische Zeitrechnung. Sendschreiben an — Böckh. 1847.

Μετὰ τοῦτον

. . . . α′

. . . . β′

β′. Νωνοί :

οἳ καὶ Μέμφιν εἷλον,

ὧν πρῶτος Ἄμωσις ιθ′

ἄλλοι . . . . ιζ′

λϛ′

γ′. Παχτιανοί . . . . . η′ μδ′

δ′. Ταανῖται . . . . . . ε′ μθ′

ε′. Αἰθίοψ καὶ

Σαΐται . . . . ιβ′ ξα′ [1]).

Verum ultro tamen fatemur, meram hanc esse conjecturam violentam atque coactam, quam non aegre feremus, si quicumque eam audiverit, statim prorsus rejiciendam censeat.

Haec igitur fere sunt, quae de Manethonis narratione principali historiae Hycsosorum fonte dicenda videbantur.

---

[1]) „Am auffallendsten schien sich mir unter diesen Namen *Σιαὰν* als *Ταὰν*, Tanis, zu verrathen. Für *Βνῶν* findet sich im armenischen Chronicon Anon an den Rand geschrieben: sollte vielleicht der erste Buchstabe abzutrennen sein, und in beiden Namen *Νῶ*, der ägyptische Name Thebens, versteckt liegen? *ΠΑΧΝΑΝ* bedarf einer geringen Aenderung; es braucht nur *ΧΤΙ* zu *ΧΝ* geworden zu sein, so haben wir Pcht, den ägypt. Namen von Bubastus. Hiezu kommt endlich die Erwähnung von Sais, welche diesen Vermuthungen Grund und Boden zu verbürgen scheint.“ p. 24.

Restat ut paucis ad alios si qui exstent fontes progrediamur.

CAPUT II.

§ 24.

Apud Heródotum traditio quaedam invenitur, quae ad Hycsosorum regnum in Aegypto refertur. Postquam ille de Cheope et Chephrene regibus, qui pyramidas maximas in Aegypto aedificabant et omnium incolarum propter durissimum imperium — imperabant per centum et sex annos — acerbissimum odium in se converterant, memoriae prodidit, his verbis pergit[1]): *Ταῦτα ἕξ τε καὶ ἑκατὸν λογίζονται ἔτεα ἐν τοῖσι Αἰγυπτίοισί τε πᾶσαν εἶναι κακότητα καὶ τὰ ἱρὰ χρόνου τοσούτου κατακληϊσθέντα οὐκ ἀνοιχθῆναι· τούτους ὑπὸ μίσεος οὐ κάρτα θέλουσι Αἰγύπτιοι ὀνομάζειν, ἀλλὰ καὶ τὰς πυραμίδας καλέουσι ποιμένος Φιλίτιος*[2]), *ὅς τοῦτον τὸν χρόνον ἔνεμε κτήνεα κατὰ ταῦτα τὰ χωρία.*

Prae ceteris quaeritur, quis fuerit pastor Philitis seu Philition?

---

[1]) II. 128. Per hos sex et centum annos eos (Cheopem et Chephrenem, ejus fratrem) omni malitia Aegyptios tractasse tradunt neque templa eodem tempore clausa aperta esse; istorum regum ne nomen quidem odio memorare Aegyptii volunt, sed pyramidas etiam illas vocant pastoris Philitionis, qui per id tempus pecora sua in illis regionibus pavit.

[2]) Sic legunt Beckerus, Baehrius, praeeunte jam Gronovio, alii *Φιλιτίωνος*, quod inter recentiores placuit Steinio.

§ 25.

Qua de gravissima quaestione dissertationem scripsit Creuzerus[1]), ex qua haec afferre liceat. Zoega in libro suo de obeliscis[2]) in hac Herodotea narratione mythum obscurum, quem ipse Herodotus primis tantum labris gustaverat, latere censuit. Putabat enim, illum Philitim non alium atque Osiridem Philensem, qua in insula ortus ferebatur, Deum, cui mortuorum haec domicilia (pyramides scil.) conservata fuerint, quique eodem sensu pastor dictus sit, quo locutione nec insolita nec mira apud Homerum reges dicantur *ποίμενες λαῶν*. Neque de Hycsos qui Aegyptum subjugavere cogitare vult, quod hi breve tempus Memphin tenuere neque hujusmodi aedificia pro nomadum ingenio sunt. Contra hanc argumentationem Creuzerus bene primum monuit, vix esse eis credendum qui quam contemti Aegyptiis fuerint pastores atque exosi[3]) reputaverint, regibus suis adeoque Diis hoc ipsum pastorum nomen Aegyptios sacerdotes imposuisse. Adde quod populus valde vexatus in pyramidibus exstruendis illos reges perosus erat, quorum (ut bonorum scil. regum) nomine pyramides appellatas fuisse minime consentaneum sit. Denique nomen neque *Φιλίτιος* neque *Φιλιτίωνος* ad Philas in-

[1]) Comment. Herodot. § 16. p. 188.

[2]) p. 389. not. 20.

[3]) Josephus contr. Apion. I. 14. Genes. 46. 34.

sulam revocandum est; requiritur enim tunc *Φιλάτου* sive *Φιλίτου*.

Tum idem contra Jablonskii[1]) sententiam, qui in pastore Philitione pastorem Philistaeum latere suspicatur sive Palaestinum i. e. Judaeum, Mosem et ipsum pastorem, ex pastorum (Israelitarum) gente oriundum, pastorisque provinciam in Midiame apud socerum gerentem, verum non aeque acute et diligenter atque contra priorem adversarium disputat; quaerit enim, cur non *Φυλιστίνου* ut apud Josephum antiq. I. 14 legimus, vel potius quod ipse Josephus hoc sensu frequentat *Παλαιστινοῦ* dixerit Herodotus. Verum tamen ipse eos sequitur[2]), qui hunc locum ad Manethonianam de Hycsosis narrationem respicere censent, assentientibus novissimis Herodoti historiarum interpretibus Baehrio, Steinio.

§ 26.

Herodotum enim traditionem quandam popularem haud satis intellectam et mente perceptam[3]) narrare

---

[1]) Vocc. Aegypt. p. 346.

[2]) L. c. I. p. 188.

[3]) Lepsius Chronol. p. 302: „Die Erzählung trägt ganz den schwankenden Charakter einer Volkssage. Sicher ging sie so nicht von den Priestern selbst aus." — Röthius p. 200: „Mag die Entstellung nun auf Rechnung der Sage selbst kommen, etwa weil sie dem Volke schon halb verschollen war, oder mag sie auf einem Missverständnisse Herodots beruhen."

constat; pariter consentiunt ad unum fere omnes, istum Philitem pastorem pro singulo homine habendum non esse, sed ejus nomen ad gentem quandam antiquitus in Aegypto versantem revocandum. Quaenam si quaeras illa gens fuerit, ab eis rectissime responderi censeo, qui prae omnibus nominis *Φιλίτιος* respectum habeant, indeque eam fuisse Philistaeorum gentem statuant. Plane enim hoc nomen *Φιλίτιος* respondet vocabulo Hebraico aequisono pro Philistaeis usitato, qui apud eos vocantur פלשתים, praesertim cum id animadvertas, pro illa forma פלשתים aliam praeterea פלתי inveniri, unde Herodotum graecum verbum *Φίλιτις* formasse facile est ad cognoscendum; nihil enim insoliti vel inusitati habet tam levis mutatio nominis ex aliena lingua formati. Huc accedit illius vocis פלתי recta significatio. Eam enim e voce פלשתים propter paronomasiam ad כרתי contractam negandum est[1]), id quod exemplis affirmari non potest, ideoque significare celeres — est enim non forma pluralis, sed adjectivi in *i*[2]) —, unde perperam nonnulli satellitum sive praetorianorum Davidis nomen derivant (הכרתי והפלתי), quos carnifices et celeres fuisse illi volunt, cum eorum haberetur tum supplicia sumere tum mandata regis quam citissime ad eos deferre, qui muneribus regiis praefecti

---

[1]) Ewaldus, Ausführliches Lehrb. der hebräischen Sprache § 177. p. 398.

[2]) Sicut כרתי, הכרי, חשלישי: ibidem § 464.

erant[1]); habet enim eandem propriam significationem, quam vox פלט, pl. פלטים, fuga elapsus, id quod vicina radice arabica probatur: فلت, fugit, فَلْت effugium, liberatio. Hoc defenditur praeterea simili significatione nominum saepe cum פלתי conjunctorum פלשתים et כרתי vel כרי. Illud derivandum est a radice פלש, in lingua quidem Hebraica inusitata, sed in Aethiopica obvia, ubi significat: emigravit, et substantivum: peregrinator, advena; inde nomen abstractum פלשת emigratio, tum gentis: emigrantes, a quibus regio in australi Syriae littore quam illi habitabant vocata est פלשת; nomen alterum כרתי ad radicem revocandum est apud Hebraeos persaepe obviam כרת secuit, cecidit, Niph. excisus est ex patria, i. e. in exilium ejectus, epulsus est; et nomen כרי quod ter in vetere T. legitur loco הכרתי[2]) similiter derivatur a כרה, arabice كَرَا, كَرِى, vehementer cucurrit, simil.: قَرَا peragravit[3]). Adde denique, quod a Manethone apud Africanum et Scholiastam Plat. *ποιμένες* appellantur *ἀδελφοὶ* (nescio an cum Moversio legendum *ἀλλόφυλοι*) *Φοίνικες, ξένοι βασιλεῖς,* quod oppositum non est aliorum sententiae ab eodem traditae, *Ἄραβας* eos fuisse, cum Aegyptii minus accurate dicentes Philistaeos ad Arabiam adjacentem

---

1) Gesenius, lex. hebr. man. p. 462; Thenius, die Bücher der Könige: ad 1 Reg. 1. 38.

2) 2 Reg. 11. 4. 19 et 2 Sam. 20. 23 in Kethib.

3) Röthius, Gesch. der abendl. Philosophie not. 17. p. 5.

pertinentes significari possent[1]. Hoc sufficiat de nomine.

§ 27.

Tum vero eis adsentire non possumus, qui ex hoc loco Herodoteo efficere volunt, Cheopem et Chephrenem istos reges odiosos, non alios fuisse atque pastores vel Hycsos, indeque suspicari reges quartae dynastiae Manethonianae esse reges pastorum, ideoque reges a quarta inde dynastia usque ad duodecimam eosdem ipsos esse, qui a decima tertia usque ad XVIII i. e. a Cheope usque ad Amosem regnaverint, et in spatium illud vacuum inserendos, quam opinionem nuperrime Knoetelius[2], praeeunte prae ceteris Roethio[3], similem sententiam defendente, proposuit, quam ut defendere possit, Manethonem summae ut antea vidimus fraudis accusare coactus est[4].

---

[1]) Ex Boeckhii sententia (p. 292) pastores, quos Arabes fuisse tradunt, reges Phoenices fuisse videntur.

[2]) In dissertat. supra citata: de pastoribus qui Hycsos vocantur deque regibus pyramidum auctoribus Lips. 1856.

[3]) Gesch. der abendl. Phil. p. 89. not. 19; p. 200 sq.

[4]) Hoc loco argumentationem ejus accuratius examinare a consilio alienum est; quas ad singulares opiniones et hypotheses Knoetelius seductus sit, unum pro omnibus exemplum docéat. P. 31 haec dicit: „Rex quem frustulis ut alterum Osiridem consarcinavimus in diversis fontibus *Χέοψ* (Herod.), *Χέμβης* (Diod.) *Σαῶφις*, *Ἀνωῦφις* (Erat.) *Σῶφις* (*Σῶρις*) *Σοῦφις* (Manetho), *Μιαβαῆς* (Erat.), *Οὐσαφαῖος Μιαβίς*, *Ἄσσης*, *Ἀσήθ*, *Σέθως*, *Σάλατις*,

Ex nostra autem sententia in illa Herodotea narratione non nisi id inveniri potest, Aegyptos, quia nomina Chephrenis et Cheopis, regum suorum, qui populum maximis pyramidibus exstruendis tantopere oppresserant et vexaverant ideoque omnibus invidiosi erant, memoriae posteritatis libenter tradere noluerint, illas pyramidas Philistaeis, maximis Aegyptorum hostibus, qui simili modo crudeli aliquando regnaverant, attribuisse. Hanc eandem sententiam defenderunt Lepsius[1]), Starckius[2]), Steinius[3]); Baehrius in editione Herodoti

---

Σατης, Οὔσης (Man.) traditur; nomen legitimum vero abstersis corruptelae sordibus, ut monumentorum fide probatur Ases Chufu Meri-hapi. Ases haud dubie proprium nomen; Chufu cognomen, quod e praecedenti dynastia ut supra perhibuimus, assumsit, quo legitimi imperii jus sibi vindicaret. Nam ante pastores Memphi dynastia jam Chufu regnavit per 66 annos, cujus singulos reges infra eruemus. Princeps eorum videtur sacerdos templi Vulcani fuisse, quum vocabulum teste Eratosthene sacerdotem Epulonem significet. Merihapi vel Mihapi ab instituto Apidis cultu haud dubie dictus."

[1]) p. 290. 302.

[2]) Starckius, Gaza und die Philistaeische Küste p. 57. „Es liegt in der Darstellung des Herodot nicht die wirkliche Anerkennung einer Thatsache von Seiten der Aegypter ausgesprochen, sondern nur der grofse Hafs der Aegypter, die den Namen ihrer verhafsten Könige nicht gern aussprachen, und statt deren die bekannten, verbreiteten und zur Bezeichnung alles Gegensätzlichen gebrauchten des einst auch bei Memphis herrschenden Philisterstammes hie und da auch den eigenen gewaltigen Bauwerken der Pyramiden beifügten."

[3]) Ed. Herod. ad II. 128.

novissima discernere non vult. Bene enim cavendum est, ne justo majorem vim huic Herodoteae narrationi tribuas, neve inde nimium cogas.

CAPUT III.

§ 28.

Superest denique, ut quae in monumentis publicis Aegyptiacis usque ad hanc aetatem exploratis et in papyro quodam nuperrime enodato de Hycsosorum rebus inventa sint, enarremus. Hos fontes accurate et certe exploratos summi momenti esse, omnibus aliis praeferendos, vix eget admonitione. Tamen vero non prius quam eo Aegyptologi pervenerint, ut de singulorum monumentorum interpretatione inscriptionum minus in diversas partes abeant sententiae, his fontibus eum quem decet locum priorem tribuere possumus.

Monumenta ab his peregrinis et hostilibus regibus aedificata quantum scio nondum detecta sunt; neque cuiquam mirum videbitur, eorum nulla vestigia inveniri, qui diligenter perpenderit, Aegyptios nihil aliud, regno restituto, in animo habuisse, atque pastorum expulsorum dominationis reliquias omnes et vestigia funditus delere. Quod non eram moniturus, nisi fuerint, qui illa ex causa Manethonis narrationem fictam contendissent. Hujus vero rei, omnia eorum monumenta deleta esse, luculentum testimonium esse potest, quod in lapidibus, ex quibus, pastoribus expulsis eorumque aedificationibus eversis, postea propylaea Carnacensia

lapicidinis montis Mokattam ad Memphim sitis, unde cognoscimus, regem anno vicesimo et secundo regni lapidibus ex illis lapicidinis excisis templa Memphide et templum Ammonis Thebani restaurare coepisse[1]). Eadem in stela uxor istius regis depicta est: Aahmes Nefru-ari eaque nigro colore, unde patet, eam fuisse Aethiopum regis filiam, quem Aahmes sibi ad pastores debellandos atque expellendos societate quadam et necessitudinis vinculo conjunxit[2]).

In palatio Carnacensi Tethmosis III[3]) expeditiones suas depinxit, unde patet, contra quos populos bella gesserit; sic leguntur nomina Naharainah[4]) (= Mesopotamia); Karakamasch i.q. Karkhemisch vel Circesium; Sinkara (= Singara apud Tigridem superiorem), Ninia i.q. Ninive; Beber, vel Bebel (Babylon); praeterea Khita (Chetae), quibuscum conjuncti sunt Schasu i. e. pastores[5]). Iidem verisimile in ruderibus Carnacensibus ap-

---

[1]) Rosellini mon. stor. I. 195; 197: „questa medesima iscrizione c'insegna eziandio che il regno di Amosis-Thutmosis, non fu men lungo di ventidue anni; e da questo dato potrebbe ancora congetturarsi che la sua vittoria sopra gli Hikscios dovè accadere verso il ventesimo anno del regnar suo."

[2]) Rosellini m. st. III. 1. p. 92.

[3]) Ex Brugschii scriptione: Tåuud-mesu III. (Geogr. p. 53).

[4]) נהרים uterque fluvius, Tigris et Euphrates; unde ארם נהרים Mesopotamia. — cf. Champollion. Gramm. p. 150. 159. — Brugsch. Reiseber. p. 48.

[5]) Birch, observations on the Statistical Tables of Karnak, in Transact. of R. S. Ser. II. Vol. II. p. 317. — Bunsen. IV. p. 143. Brugsch. Geogr. p. 54.

pellantur ex interpretatione Rosellinii Mennahom[1]); sed Champollio, radice mena[2]) cognita, legit: Kah-n nemone, terra pastorum, quod Bunsenius prorsus refutandum censet; recte ex ejus sententia Birchius interpretatus est: Mena tai Pet, pastores novem arcuum[3]).

Denique mentionem facimus monumenti regis Sethos I, cujus victoriae in magno Ammonis templo Carnacensi depictae sunt. Ibi inter populos ab eo devictos imagines etiam gentis videntur, quae Schasu vocatur ex terra Kanaaña, quae non nisi כנען vel כנענה esse potest[4]).

Neque in tabyla Abydena neque Carnacensi nomina regum pastorum inventa esse ex consilio quo in talibus monumenti aedificandis reges utebantur mirum esse non potest. Attamen vero unum Hycsosorum documentum ex aetate Hycsosorum Brugschius invenisse putat, de quo ille haec disputat[5]): „Eine unmittelbar aus der Hycsoszeit herrührende Inschrift giebt Burton unter den Legenden aus San. Die beiden Königsnamen in den Schildern sind ausgemeifselt worden, aber doch nicht so vollständig, um nicht in dem zweiten den Namen des Hirtenkönigs Apophis erkennen zu lassen. Ich gebe

---

1) Rosellini mon. st. III. 1. 201. 211.

2) copt.: ⲙⲟⲟⲛⲉ, ⲙⲟⲛⲓ, ⲙⲁⲁⲛⲓ pascere, ⲙⲁⲛ pastor.

3) Bunsenius IV. p. 150.

4) Rosellini mon. stor. III. 1. 340 sq. — Bunsenius IV. 173. — Brugschius, Reiseber. 147 sq. Geograph. p. 59: Sie wohnten „von der Feste Zel oder Zer (der Metropolis des 14 unterägyptischen Nomos) bis zum Lande Kanana (*S'āsu s'ȧȧ em p. chtem en Zel er p. Kånånå*).

5) Geograph. p. 88.

die ganze Inschrift nach Burton und stelle daneben die ursprünglichen Namen Apepi's. Sie lautet: Sutech neter nefr *Râ-nâ.. t.. n se-râ A-pepj ti-ânch merj* „geliebt vom Sutech des guten Gottes Râ..... (folgt der unleserliche Thronname des Königs) des Sohnes der Sonne Apepj, des Lebenspendenden." — Das ist derselbe Apepi, der Hirtenkönig, welcher — als Stifter des ausschliefslichen Sutech-Kultes in *H'å-uår* geschildert wird. Das Denkmal von San mit dem Namen Apepi's ist somit das einzige, welches aus der Hyksoszeit eine lange und stürmische Vergangenheit überlebt hat."

§ 29.

Ad extremum de papyro qui dicitur Sallieranus primus commemoramus, cujus pars ad nostrum argumentum pertinens nuperrime a Vicecomite de Rougé et Brugschio[1]) explorata est. Ibi de bello inter pastores et reges Aegyptios agitur.

Fragmentum per Brugschium explicatum haec habet: „Es geschah, dafs das Land Aegypten in die Hände der Aufständischen fiel, und niemand war König zur Zeit, wo sich dies ereignete. Und siehe! es war der König (i. e. rex legitimus) Raseqenen[2]) nur ein

[1]) Zeitschrift der deutschen morgenländ. Gesellschaft. 1855. p. 200 sq. Geographie p. 51.

[2]) Nomen hujus regis *Ra-seqenen* fortasse comparandum est cum rege Thebano trigesimo, quem vocat Eratosthenes: *Σοικούνιος*. (Brugsch.; ex Buns. IV. 439. Atraken.) Huic successit Aahmes rex primus dyn. XVIII.

Haq von Oberägypten. Die Aufständischen waren in der Festung der Sonne (Heliopolis?) und ihr Anführer Apepi in der Stadt Ha-uar (Avaris). Das ganze Land erschien vor ihm spendend, indem es volle Dienste leistete und ihm alle guten Erzeugnisse Unterägyptens lieferte. Und der König Apepi erwählte sich den Gott Sutech[1]) zum Herrn und er dienete keinem anderen Gotte, welcher in Aegypten war .... er erbaute dem Sutech einen Tempel in schöner, langdauernder Arbeit."

Quod ad interpretationem hujus loci attinet, jam Lepsius cognovit ibi regem, quem Apepi vocavit; sed cum ultimum nominis signum nondum explicare posset, illud punctis adjectis indicavit: Apepi...[2]); verum negavit, istum regem esse neque regem Pepi dynastiae quartae, quem Bunsenius putavit[3]), neque Apophim, regem pastorem, quem jam Salvolinius in interpretatione alius ejusdem papyri partis suspicatus erat[4]). Postquam Brugschius interpretationem ejus loci proposuit, Uhlemannus[5]) explicationem nominum Apepi et Avaris vitiosam et mancam vituperavit propter duo in utroque verbo signa neglecta; illud explicari potest As-

---

[1]) Set Typhon: Lepsius, über den ersten ägypt. Götterkreis p. 48 sq.

[2]) Chronol. p. 53 in annot. — Brugschius: A-pepj (as). (Geogr. p. 51).

[3]) II. 193.

[4]) Campagne de Rhamsès le grand (Sesostris). Paris 1835. p. 121.

[5]) Israeliten und Hyksos. Leipz. 1856. p. 77.

pepik (... pib, ... pis), hoc uerše-baki h. e. custodia urbis (Wache der Stadt) vel cum signo antecedente vigiliarium urbis (Wachthaus der Stadt). —

Illam vero explicationem, quam dedit de Rougé et Brugschius probavit rectam Bunsenius[1]).

Neque tamen hujus testimonii pro historia Hycsosorum gravitatem Uhlemannus, ut opinionem suam defenderet, alia ratione effugere potuit, quam quod hunc papyrum tempore Ptolemaei Philadelphi vel multo posteriore scriptum ejusque auctorem fortasse ex narratione a Manethone ficta hausisse contenderet. Lepsius[2]) istum papyrum scriptum conjecit aetate regis Tuthmes tertii (dyn. XVIII), Brugschius[3]) regis Menephta, qui regi Rhamses III successit, saeculo decimo tertio; Bunsenius[4]) sub dynastia XIX.

At cum Brugschio, interpretatione hujus papyri recta posita, consentire non possumus, qui inde concludit, Manethonianum regum Hycsosorum ordinem falsum esse ideoque corrigendum. Nondum enim ille comprobavit, hunc regem Apepi (vel Apepi . .) eundem esse Apophim, cujus Manetho loco supra laudato mentionem facit, sed verisimilius videtur, alium esse pastorum regem posterioris aetatis aut eodem nomine aut quod magis placet Apophim cognomine quodam fortasse in ultimis signis

---

1) IV. p. 39; et 438.

2) Chronol. p. 53.

3) Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellsch. p. 213.

4) IV. p. 39.

nondum enodatis latente vocatum. Quamobcausam tantum abest ut Manethoniana de rebus Hycsosorum fides et narratio papyri traditione evertatur, ut confirmetur.

§ 30.

Hi igitur sunt fontes, ex quibus de rebus Hycsosorum disputaturo hauriendum erit. Primum locum tenet fragmentum Manethonianum; inde lucem percipiet, quod Herodotus narravit; quae ab utroque fonte repetita sunt, dum certiorem omnibusque modis absolutam interpretationem papyri habeamus, certe et hoc et ceteris monumentis publicis Aegyptiacis comprobantur.

Corrigenda.

p. 8. l. 14 lege *τοῦτον*.
p. 10. l. 14 „ *παλαίας*.
p. 12. l. 7 „ *Ἀλισφραγμουθώσιος*.
p. 32. l. 9 „ ΥΚ (graec.) pro ϒΚ (copt.).

BEROLINI, TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE.



